¶ Liceri vel licitari est rem appretiare vnde dicitur.Nõ curo centũ greco vno obolo liceri. Sed licere actiuum significat rem pretio mẽsurabilẽ estimare:quãto pretio valeat.vñ versus. Dives in orbe licet:pauperez sed nemo licetur.Liceor enim est actiuum in significatione:et passiuum in voce. Sed liceo contra.vnde. Non licet asse mihi qui me nõ asse licetur.Inde licitari est frequenter estimare volo rem rei vendibilis.Et licitator id est suasor:vel prouocator seu proxeneta.

¶ Licitatio est venditio proposita:vt cuz aliquis emptor in re ab altero volente emere pretiũ auget.Unde qñ aliqua res publice venalis exponitur: et vnus offert decem:et alter quindecim:qñ proclamatum est quod qs plus offeret:eam habebit ille qui plus offert: dicit aliũ vincere licitatione. vnde cum alterum sic intẽdit supare plus offerẽdo in quacunq negotiatiõe licitatio est:et qui in licitatiõe vincit: rẽ fert.C.de sac.san.eccl.aut.qui res. et.C.de fide instrumen.et iure haste fiscalis.l.quicũq.lib.x.Est ergo licitatio subhastatio vel oblatio ad subhastationẽ.vt.l.licitatio.ff.de pu.et vec.

¶ Licitarij dicitur qui emẽdo:vendẽdo:vel conducẽdo rem aliquam:vel negotiãdo:aliqd aliud plus differẽdo:alter alterum contẽdit superare.

¶ Licẽtia multiplex est:vt no.Archid. prũ.q.ij.si abstinere.

¶ Lictor dicitur qui magistrat⁹,fert insignia.l.ego cum in villa.et.l.manumissio.ff.de manu.vindic.

¶ Libitinari⁹ is dicitur qui questui in servicis libitinariã exercet:quicq necessaria funeribus vẽdit:vel qui curã mortuorum sepeliẽdorum habz:seu q cõducit funera:dictus a libitima dea: in cui⁹ tẽplo que ad sepulturã pertinebãt vẽdebant.Refert Seneca vota libitinariorum esse vt mortes plurimorum optent:quod illis questuosissimũ sit:et de his intellexit Ulpiañ.in.l.quicũq.§.idem ait.ff.de instit act.

¶ Lima est instrumentum fabrile et ferreum quo metallo rodũtur:poliunt:minuuntur:et purgãtur.vij.q.j.§.cuz vero.ver.ferrum.et gl.in.c.pastoralis. de re iudi in clemen.

¶ Limites sunt fines vel termini regionũ.inde limitare termiare dr vel restringere.vñ limes est termin⁹ agris posit⁹:vel pratis seu cãpis:vel ẽt.dr meta.Sed limẽ est introit⁹ dom⁹:dictũ a limite.Nã limia sunt ediũ limites:vo regionũ vel finiũ.de quo insti. q.mo ius pa.po.sol.§.dictũ est autẽ.

¶ Limes cõpatuũ seu parochiarũ sicut nõ pt prescribi:ita nec iura adherẽtia limiti:ne ex hoc oriat confusio limitum.qd est mẽti tenẽdum secũdũ Pañ.in.c.cum sint.circa fi.de deci.

¶ Limitanei dicunt q cõstituti sunt inter castra et ciuitates vel cõfinia oppida:vt limites defendãt et colant: vt.C.de fun.limi.l.vlt.in fi.li.xj.Et dicit Accur.super rub.ibidẽ quod quidaz habent pro limitosis limitrophis a trophos.i.descriptio:et limites.i.descriptio ad vsum limitum:alias milites qui imperium custodiunt.

¶ Liminarche dicunt princip es locorum in quibus sunt diversaruz provinciarum diversarum aut regnorum diversoruz limites et termini.vñ etiã dicunt colliminache q cõfinia oppida vel ciuitates tenent trãs limitẽ locorum.

¶ Limenarcha est vocabulũ grecũ:qui limẽ portũ dicit hinc limenache q psunt ore maritie maxime in hostiũ cõfinio.de quib⁹ meminit Arcadius in l.munerũ ciuilium. q annonã. ff de mune et ho.et Paul⁹ i.l.limenarche.ff de ser.fug.et impera.in.l.nõ idcirco.C.de lib.cau.in qb⁹ tñ locis liminarcha legit:tãq a limine descẽdat:sm gloss.nostrã.Posset etiã forte dici liminarchas:absq aspiratiõe:iõ sic vocitatos:qr ad hoc cõstituebant vt hostes a limine pellerẽt:et sic erit vocabulũ latinum et compositum:et cõmunis lectio seruabitur:et secũdũ hec castiga vba imperatoris:l.j.C.

de off.comi.ori.vbi alitarchia mẽdo se legitur:pro limenarchia.i.liminũ prefecta.

¶ Linea est collectio personarũ ab eodẽ stipite descendentium diuersos gradus cõtinẽs: ⁊ numeros distinguẽs: ⁊ est linea graduum descẽdẽtium et collateralium l.i.⁊l.iuriscõsultus.ff. de gra.aff.ita diffinit Io.an.in appa. suo super arborem consanguinitatis vbi vide late per eum.

¶ Linteum nõ dubitatur velũ vocari.

¶ Lintearij sunt qui lintea nauis vł nauium vel lineariorũ negotiationem exercent ⁊c.

¶ Lintearia dicitur talis negotiatio.

¶ Lineariosa vel lintearium est negotiatio lineariorum.

¶ Litem pendere est litem cõtestatam esse: vel litem in incerto esse: cũ ambiguus sit eius exitus euentus. nam litis ⁊ iudiciorũ euẽtus est incertus. ff. de pecul.l.quod debetur. pendere autem dicitur lis per appellationẽ: vel recusationem: consultationẽ: vel relationẽ: vel q̃diu diffinitiua sententia non est lata. de quo per doct. vt lite penden.per totum.

¶ Litem cõtestari dicitur quãdo actor proponit intentionẽ suam ⁊ actionẽ coram iudice cõtra aliquẽ: ⁊ illa statim negat: tunc est lis cõtestata. Et dicitur pendere: nã in suspẽso sunt oĩa donec lis sopiatur. i. terminetur: vt ad superiorẽ negotiũ transmittatur. Et dicitur lis pendere quo ad ad hoc vt nihil innouetur quatuor cõcurrẽtibus. Primo q̃ citatio emanauerit. Secundo q̃ a iudice cõpetente. Tertio q̃ ad partẽ peruenerit: vel a parte impediente factum sit quominus peruenerit Quarto q̃ in ea talia sint expressa per que pars instruatur super quibus conueniatur: vt in clemẽ.fin. vt lit.penden. Et potest addi quintũ: vt ibi not quod emanet ⁊ perueniat debito tempore.

¶ Litis cõtestatio est negotij principalis ab actore ⁊ reo hĩcinde facta narratio: quã narrationẽ precedere debet libellus: nisi forte de cõsensu partium remittatur. Fit autẽ litis cõtestatio corã iudice per narrationem actoris: ⁊ cõtradictoriam rñsionem rei: vt quia negat: vel per aliquã exceptionem quã opponit animo contestãdi litem i.ea mente: vt in causa pcedat vel desistat. Est ergo litis cõtestatio sm Gof. hincinde apud iudicem negotij principalis facta narratio per principales personas: nõ per aduocatos: nisi forte pncipales adeo fuerint indiscreti: vt eorũ defect⁹ de licẽtia iudicis per alios suppleatur: vt in.c.pastoralis.de iudi. Et litis cõtestatio est initium actionis ⁊ cõflictus in causa. de hoc vide gl. bonam in.c.dudũ.ij.in verbo propositam.de electio. quomodo ⁊ quando fiat litis contestatio.

¶ Litigiosa res est mobilis vel immobilis res vel se mouẽs: de cuius dñio causa mouet̃ inter petitorẽ ⁊ possessorẽ cõuentione iudiciaria: vel precibus principi oblatis: ⁊ iudicib⁹ insinuatis: ⁊ per eũ futuro reo cognitis. ff. de litig.al.litigiosa. Fit autem res litigiosa incontinenti oblato libello Aliũ dicũt rem litigiosam nõ esse ante litis cõtest. de hoc gl. in.c.j.vt lite penden. lib.vj.

¶ Lis a cõtentione limitis prius nomẽ sumpsit: de quo Verg. Limes erat positus litem vt discerneret agris.c.forus.de verb signi ad medium. Et lis dicitur mota cum fuerit contestata. c.ex parte.ij.de ver.signi.⁊.e.aduersario.de except.

¶ Litis quasi contestatio est qñ aliqs cõuentus in iudicio super rebus mobilibus q̃s possidet noĩe alieno: nominat dñm in iudicio: ⁊ accipit inducias ad denuntiandũ dño vt ad iudicem veniat vel mittat. Si aũt ipse dominus nõ cõparet in termino sibi dato: tunc lis quasi cõtestata est cõtra dñm: siue habet̃ pro cõtestata: ad interrumpendum longi tẽporis prescriptionem: vt in.c.qñ frequenter.§ in alijs.versi.q̃ si super: vt lit.nõ cõtest.

¶ Literis dicitur obligatio cõtrahi: qñ quis cõfitetur in aliquo instrumẽto

se recepisse pecuniam quã nondum recepit: sub spe numerationis future sibi faciẽde: prout a creditore eidem promissum extitit. Illi cõpetit actio non numerante pecunie si exigitur ab eo debitum anteq̃ recepit.

¶ Litere de rato dicuntur procuratorie quia constitues procuratorẽ semper adiicit in fine q̃ quicquid procurator fecerit super causa ad quã datus est: gratũ: ratum. ⁊c. habebit: vt in. c. cuz dilectus. de reli z. domi. in glo.

¶ Litigatoris nomine non solum actor sed etiam reus intelligitur: vt in. c. j. de litis contest. lib. vj.

¶ Liuellus differt a feudo: primo quia in eo iuratur secus q̃ in liuello. Itez feudum datur amore: liuellus vero p mercede. Itẽ in feudo nõ succedũt femine in liuello secus: ⁊ de multis aliis differẽtiis vide Feli. in. c. ceteꝝ col. v. ⁊ seq. in versi. ix. fallit de iud.

¶ De L ante O.

¶ Locatio est persone vel rei ad vsum facta cõcessio vel mercede vel pecunia numeranda conuenta: alioquin de alia re erit contractus innominatus: de quo vide not. per Docto. de loca. ⁊ conduc. super rub.

¶ Loculus est bursa vel marsupiũ. in. c. j. de deposi. in gl dñs loculos habuit vt indigẽtibus subuenire. xij. q. j. habebat dominus loculos.

¶ Locator est ille qui rẽ aliquã pro certo p̃cio vel certa mercede alicui vtẽdã concedit: vel aliũ re sua mercede sibi cõuẽta vti permittit: vt cũ loco tibi domum meã ad habitãdũ in ea: ego dicor locator tu vero q̃ sic vteris seu ad vsum recipis cõductor nuncuparis: vt in c. j. de loca. ⁊ conduc.

¶ Locati actio. Require supra. Actio locati.

¶ Locuples. Require. ĩ. bona liberorũ.

¶ Locus religiosus. Require. j. religio.

¶ Locus sanctus dicitur qui firm⁹ est: ⁊ virtutibus munitus Dño quidem qd sanctũ. s a sanguinibus. i. a peccatis immolari debet. de quo institu. de rerum diui. ⁊ sancte quoq3 res.

¶ Locus insignis fm Io. an. in. c. statutum de rescrip. li. vj. est ciuitas: licet ibi nõ sint periti. Et de hoc dat ibi rationem Sed fm Inno. Hosti. Abba. non sufficit esse ciuitatez: nisi sit ibi pia peritorum. Comp. dicit sufficit si de vicino loco possunt haberi periti Pau. de Leaza in clemẽ. vnica de fo. compe dicit insignem locũ in quo potest copia haberi necessarioꝝ pro episcopo: familia. ⁊ equitibus suis: licet non sit copia peritorum.

¶ Loca vicina que dicãtur: vide Pasi. in. c. super specula. in fi. de priuile.

¶ Loci adiectio significat diuersimode disponi. Vbigratia: testator dicit. Titio lego cẽtum que sibi volo solui de pecunia quam habeo in tali loco: puta tali castro tali arca. Et si in illo loco nihil est: tũ: nihil debeẽ: si minus est: nihilominus tota pecunia debeẽ. l. quidã testamẽto. ff. de leg. j. l. lucius ff. de ali. ⁊ ciba. le. vbi testator legauit alimẽta libertis: postea scripsit q̃ ex certis fundis percipiantur si nõ p̃nt percipi ex illis fundis: aliũde debẽt suppleri. facit. l. paulo callimacho. ⁊ fi. ff. de le. iij. Ratio q2 locus hic apponitur ad demõstrationẽ vnde solutio fieri possit: ⁊ non ad taxationẽ seu restrictionem legati: quare legatũ nõ restringiẽ: etiã q2 legatũ fuit factũ in genere: ⁊ sic remanet in gñe: ⁊ adiectio loci referẽ ad ỏsignationẽ fiẽde solutiõis. Et qd de legato dr̃ idem in contractu intelligiẽ paritate rõnis: vt si dicatur. Promitto tibi centũ soluẽda de pecunia quam habeo in tali loco. Et ibi: lego vel p̃mitto decẽ que habeo i arca: si nihil est: nihil debeẽ: si minus est illud tñ debetur. l. si seruus ꝯ qui ḋnq3 ff. de le. j. q2 loc⁹ adiicit summe immediate: ⁊ p hoc significatur q̃ illa summa que ibi ẽ debebat: ⁊ nõ alia. Vñ testator vl' p̃missor se refert ad illud corpus pecunie qd ibi est: ⁊ ideo si nihil est: nihil debeẽ: vel quatenus est catenus tñ debeẽ. Cetera multa exempla ponit Petr⁹ burgũdi. ⁊ sacramẽta. l. inter stipulãtem

tem ff.de ver obli. et finaliter loci ad iectio operatur quod ratio dictat: vel lege disponitur: vel prout voluntas disponentis dictat: quam quoduis medium probabile declarat: vt.l. cum certus.ff.de vino tritico et oleo lega. si debitor §.j.ff.de contrahen empt. et vendi.l. cum qui Kalendis.ff de ver. obli.l.legatum.§.xim.ff.de annu.lega.cum similibus.

¶ Logographus.i.scriptor publice rationis: et dicitur a logos sermo vel lexis ratio. et graphos scriptura: secundum Accur. in rub.C.de tabel scri. et logo lib.x.

¶ Lolium herbe genus: alio nomine zizania dicitur: vt etiam declarat glo. in cle dudum.de sepul.in vbo zizanie. Proinde corrigenda sunt verba Celsi apud Ulpianum in.l. si seruus seruum § inquit lex.ff.ad l.aquil. dum querit si lolium aut auenam in alienam segetem castiga si lollium.

¶ Lorice genera sunt armorum: vt in aut. de armis.§.penul.

¶ Longa consuetudo est que x.vel.xx. annis indicitur: et multomagis longiori tempore: vt si xxx.vel x annis perdurat.

¶ Longum tempus: longissimum et longeuum.vide Azo.in sum. que sit longa consuetudo.§.j. et dicitur longum tempus inter presentes decennium: et inter absentes vicennium l fi.C.de prescrip. long.temp. et § j insti.de vsucap.

¶ De L ante U.

¶ Lucrifacere i acquirere.

¶ Lucrum refertur ad omnia prouenientia ex prosperitate fortune qualiacunque sint: quesitus tamen comprehendit solum lucrum proueniens ex industria persone: vt est tex. et gl.in.l. et si adiecit.ff. pro socio no. Abb in.c sedes.nume xiij de rescrip. Que autem sint honesta lucra, vide Specu in titu. de cleri coiuga. versi.sed quam dices.

¶ Luctus tempus alij vsque ad trigesimum diem: alij vsque ad quadragesimum obseruabant.xiij q ij. et femina si nubat intra tempus luctus infamis est secundum leges ciuiles: vt.C.de secun nup l.j. et.ij.

¶ Luere.i.liberare vnde dicitur pignus luitur.i.liberatur. Alio modo accipitur pro puniri: vnde dicitur. Luo penas.i.punior Unde. Ere luo pignus penas cruce: luce tenebras. Dicitur et luere quando salitur ouis. De primo significato vide insti de leg.§.sed et si rex.

¶ Luere debet in corpus obligatus ad penam pecuniariam pro maleficio commisso: si non est soluendo: secus si est obligatus ex contractu vel quasi: quia tunc expectatur donec peruenerit ad pinguiorem fortunam. Panor.c. statuimus.in iij.not.de maledic.

¶ Lugubrare.i.vigilare: et noctipropriè attribuitur. Sic dicitur: luna habet radios lugubres: et sol claros. vide inst. de leg.§.nostra.in tex. et glo.

¶ Lupinum est genus leguminis non minus terram appetens quam lupus pecudes et inde nomen sumpsit: tellurem mirum in modum amat vt quamuis fructeto solo coiectum inter folia veprescque: ad terram tamen radice perueniat: et inter fruges enumeratur a iuliano in l.fruges. ff. de verb.signi.

¶ Lustrum est spatium quinque annorum vnde dicitur. Indictio constat ex tribus lustris i durat vsque ad.xv.annos vt extra de fide instru.inter dilectos vide.s.indictio.

¶ Luxuria.not. Archidia.de consue.ca. fina.lib.vj.

¶ De M ante A.

Machinatio.vide.s. dolus. et est quasi astutum ingenium quid est quod homo semel deditus malitie non adinueniat? in aut. vt hi qui ob.se habere perhi. res mi no post prin.cl.vj.

¶ Magnanimitas est ornatus omnium virtutum secundum philosophum,v.ethi et est magnanimitas in imperatore.l.fi. C.de testa.lib.vj.

¶ Magnificus dicitur quasi magna faciens: et ideo hoc verbum competit regi ex etymologia vocabuli. Ab. in. c nouit de of.dele.

¶ Magister nauis require s.Actio exercitoria et.C eo.ti.l.vnica:lib.xij.

¶ Magistri scriniorum dicebātur qui scriniis sacri imperii prepositi erāt: vel sunt pragmaticarii: sic dicti: qꝛ pragmaticas sanctiōes: illas. s. quas principes faciebāt ꝛ statuebant, con cilio procerum suorum scribebant: ꝛ exempla earum in scriniis reposita ad memoriam custodiebant.

¶ Maior dr ille qui. xxv. annorū imple uit etatē. de quo no. inst. de cu. per totum ꝛ per doc. de rest. in integ. c. j.

¶ Maior pars attendit quo ad numerū ꝛ sanior quo ad zelum iudicum. Uel potest dici maior pars que maiori innititur rationi: vt. ix. dist. sana. ꝛ xvij. dist. c. multis.

¶ Maiuma est ludus q̄ vigebat ī maio ꝛ dr a maio: vel maiuma grece: latine ingressus. s. estatis quando herbe frondesq; virentes letificāt. Inde venit maius. C. de maiuma. in ru. li. xi.

¶ Maiuma erat quidā ludus qui fiebat in mēse maii. no C. de maiuma lib. xi in rub. ꝛ sic fieri debebat vt. more ser uaretur honestas: ꝛ verecūdia castis moribus perseueraret. l. vnica eo ti.

¶ Mangones sive vertilarii sunt qui in seruis emendis vel vēdendis mercationem exercent.

¶ Magi sunt qui vulgo malefici ob facinorū magnitudinē nuncupantur. Hi sunt q̄ permissu dei maleficiis elementa concutiunt: turbant mētes hominum minus confidentiū. ꝛc. xxvj. q. v. nec mirū. Et ibi qui sunt nēc romātici: hydromātici: ꝛ de auguriis ꝛ aruspiciis: que oīa ibi reprobātur. Dicit enim Augustinus. x. li. de ciui. dei ibi ad finem: qd ideo: quisquā nō debet eis credere: qꝛ aliquādo eueniūt que predicūt: aut sanare vidē. ur. infirmos: aut ledere sanos: qꝛ hoc permissu dei fit: vt ipsi qui hoc audiunt vel vident: probētur: ꝛ appareat qua li fide vel deuotione sint in gratia erga deum. Hec ibi.

¶ Macellare est mactare ꝛ trucidare Inde dr̄r macellarii qui pecora vel quadrupedia mactant: vt est gl. v. in cle. j. de vita ꝛ honesta. cleri.

¶ Magister dicitur qui pre ceteris ali cuius rei siue negotii curaz gerit. Et interpretaꝛ syllabiliter quasi in maiori statu existēs: sꝫ literaliter sic q̄si manū ac rem gerēs inter scholares: tenēs eos rigide. Sm glo. vero. c. j. de magistr. dr a monendo siue a mōstrādo: vt. ff. de ver. sig. l. quibus viiij.

¶ Magistratus: pretores vel cōsules dicti sunt: eo ꝙ maiores sunt reliquis officiis: ꝛ illi sunt tāq̄ capitis princi pis mēbra: vt. C. ad l. iul. maiesta. q̄squis. Et horū alii sunt maiores: alii minores: alii medii. Maiores: vt illustres: qualis est p̄fect⁹ pretorio oriētis: itē illyrici: itē aphrice: item vrbis rome. Minores sunt clarissimi: puta presides prouinciaꝝ. Medii sunt spectabiles: vt pcōsul: prefectus egypti qui dr augustalis: vt. ff. de officio pre. fecti augusta. Excellētiores pre. ecti sunt p̄fectus p̄torio oriētis ꝛ illyrici quorū officiū est: vt ab eoꝝ sentētiis non appelletur. Item nec cōtra eorū sententias datꝛ restitutio nisi ab ipsis. Item concedere possunt leges: vt tn̄ non sint contrarie generalibus legibus vel cōstitutionibus: vt. C. de off. prefec. orientis ꝛ illy. l. formam.

¶ Maioritas ē multiplex: alia ordinis: alia dignitatis: alia senectutis: ꝛ alia prelationis: de q̄b⁹ vide p Abba. in. c. statuimus. in prin. de maio. ꝛ obe. vel dic ꝙ quis dicitur maior altero quatuor modis nobilitate: diuitiis: potētia: ꝛ honore: sm Abb. in. c. super eod. de testi. in versi. not quatuor qualitates. ꝛ Feli. eod. c. versi. no. ij. ibi: superior. col iij.

¶ Maledicus est qui obloquiꝛ de hoīe detrahēdo ei: ꝛ cū obloquiis de p̄mēdo: vt. c. j. de cler maled. Summa aūt iniquitas est detrahere: ꝛ oīs qui detrahit fratri suo: homicida est. vj. q. j. c. summa. ꝛ detractores fratrū homicide sunt. de pe. dis. j. homicidiorum. Non tn̄ semp peccāt maledicētes. vt. xxiij. dist. c. in noie dn̄i. in fi. vbi poniꝛ longa maledictio. qꝛ maledicoꝝ duo sūt genera c. cū sancti. xxiiij. q iij. Omnis enim blasphemus dei ꝛ sctōꝝum maledicus est. c. statuimus. eo tit.

¶ Maleficdei possessor ē q̄ scit se alienū occupasse. §. quod aut. Ē. insti. de vsuc.

¶ Malleatores adulterine monete sunt qui falsam monetam malleant.

¶ Mancipium est seruꝰ vel ancilla: ꝛ est neutri generis in voce: sed cōmunis generis in significatione: ꝛ dr̄ quasi manu captum: ꝛ dicitur mancipium omne quod manu capi pōt: sicut homo: equus: ꝛ hoc generaliter: sed spe cialiter tantum significat homines: quia tales erant serui capientium eos in bello iusto.

¶ Mancus est defectuosus ꝛ fm̄ catholicon dr̄ quasi manu curēs: vt cui manus abscissa est: vel is qui imbecillitate dextere facilius vtitur sinistra. ff. de edil. edic. l. qui clauium. §. pe.

¶ Mandatū fm̄ Azo. est officium ab eo qui gratuito suscepit exhibendū. Et dicitur mandatuȝ quasi manu datū. Quod em̄ aliquis per se facturꝰ erat: aliū gerēdum cōmittit: cōtrahit solo consensu. Et not. quod mandatū posterius factum nō derogat priuilegio nisi de hoc faciat mentionem. c. graue. de offi. ordi. Item per mandatum generale nō prohibentur nisi licita. c. sup quibusdā. de verb. signifi. Itē tm̄ valeat mādatū generale quo ad omnia: quantum speciale quo ad quedā. de vo. ꝛ vo. redemp. c. magne. §. j. Item rei turpis mandatum nullum est. ff. mand. l. iii. Item qn̄ mādatum vel pactum vnum continet in se duo quorum vnum est possibile: ꝛ alterum impossibile: nō obligat in cōtractibꝰ: vt si ego existens rome promitto tibi hodie dare. ꝛ exfodie Sed nūq̄ obligat i iudicijs vt si iudex mā dat alicui ꝙ cōpareat corā eo die ipso sibili: tūc tenetur comparere die possibili ſȝ hostien. c. dilecti. de do. ꝛ cōtuma. Item qui exequitur mandatū: nō debet excedere fines mandati in ſitu. mād a. §. si is qui. Item mandatuȝ speciale derogat generali: etiā si de eo non facit mentionez. c. pastoralis. de rescrip. fm̄ Berū. in questionibus. ꝛ hoc fallit in quatuor casibus. Primo in mādatis generalibus: que sunt in effectu spālia. c. ex pte. de officio deleg. Secūdo in priuilegiis. de rescrip. cum ordinez. Tertio quando res nō est itegra. Quarto in legatis. ff. de supel. leg. l. iij. Et differunt mandatuȝ: iussio ꝛ preceptum: quia missio importat necessitatez: nec finitur morte iubētis: quia successor id facere tenetur. Mādatum vero importat liberam obsequēdi voluntatem ꝛ finitur morte. vnde. preceptum nō ꝑcipitat mors precipientis. Mandatum mandatore cadente cadit: vt nota. de rescrip. eam te. ꝛ. c. in his. de verbo. significatio. Quidam tamē dicūt quod tam preceptum quam mandatuȝ finitur morte: si nominibus exꝑssis scribantur secundum Jo. an. xiiij. q. j. quod precipitur.

¶ Mādator dicitur ille qui aliquid mādat alicui vt sibi vel alij aliqd faciat. Require. s. fideiussor.

¶ Mandatarius est qui mandatū suscipit adimplendum. Et quando mandatarius accusatus de crimine cōuenire possit ex sua persona: vide. l. non ideo minꝰ. C. de accu. ꝛ inscrip. ꝛ no. in. c. mulieres. ꝛ. c. vt fame. de sent. ex cōmuni. Et inter istos oriūtur actiones hincinde: qꝛ ille qui sic mandat alteri: cōtra illuȝ qui mandatū suscipit adimplendum: cū prius cogi non posset ꝙ reciperet mādatū: cōpetit actio mādati directa inquantū eius interfuit factuȝ fuisse quod mādabatur. Rursus ipsi mandatario qui mādatū suscipit competit actio mādati cōtraria si quas expēsas fecit vel impēsas ratiōe mādati suscepti inquātum nō excessit fines mādati. Si vo mādatū excessit in impensis factis: ipsas nō repetet per actionem mandati cōtrariaȝ. Sed inquantum vtiliter expendit per actionem negotiorum gestorum repetet.

¶ Manifestuȝ est publica vel famosa ꝓclamatio ex certa sciētia ꝛ certis auctoribꝰ ꝓueniēs. Et pōt māifestū ꝓbari p multos testes vel autores nō tm̄ p tot ꝙ fiat notoriū. vide glo. in. c. cōstitutionū. de verbo. sig. lib. vj. ꝛ. vj. q.

ff.placuit.Spec.tit.de noto.cri.§.se-quitur de manifesto.circa princ.vbi dicitur: manifestum est quod patet pluribus sed non omnibus:sed noto rius omnibus patet:vt no.in.l.ciues. C.de app.per Bald.z.Butriga.

¶Manifestum illud dicitur quod ex cõ iecturis apparet.c.j.z ibi Abb.in.ij. nota.de cleri.non resi.

¶Manifeste vel palam testari dicitur qui non in publicum heredem nomi nat:sed coram testibus qui ad solen nitatem sufficiant testatur.

¶Manet.i.tenet vel astringit.c.cuz lai cis.de reb eccle.non alie.Ubi dicitur q laicis quis religiosis disponẽdi de rebus ecclesie non est data pote-stas:apud quos obsequendi manet necessitas:non autoritas imperan-di.de constit.c.ecclesia sancte marie.

¶Manichei sunt q Christuz dicũt nõ esse veru hoiem:vt dicit gl.j.in.l.ma nicheos.C.de here.z mani. Extiterũt a quodam persa qui vocat⁹ est Ma-nes q duas naturas z duas substan-tias introduxit.i.bonam z malam:z animas ex deo quasi ex aliquo fonte manare asseruit.Testamentũ vet⁹ re spuunt:nouũ ex parte recipiunt:ita dicit textus.xxiiij.qõ.iij.c.quidã.vbi varie secte hereticoz enumerant.z in.l.arriani.C.eo.De multiplici here ticorũ nomine vide in.d.c.quidam.

¶Manser est fili⁹ illegitim⁹ proprie de scorto natus:ẽm Host. quasi vulgo quesitus.Uñ ẽm Abb. Manseribus scortum:sed mecha notis dedit ortũ. Ut seges a spica:sic spurius est ab a-mica.Dant naturales q nobis sunt speciales.c. nisi cum pridem.de re-nunc.in.§.persone.in fine.vbi gloss.

¶Mansus ẽm vulgare Italorum dici-tur qtitas terre que duobus bobus sufficit in anno ad laborandum.

¶Manumissio est datio libertatis : id est detectio.ff.de acq.re.do.l.adeo.§. cum quis.in fi.Sed ẽm Pla.Ioan.z Azo.datur seruo libertas quã prius nõ habuit:alias non diceretur dare sibi.ff.de act.§.sic itaq3.l.j.z gl.instit. de liber.in ver.datio.vbi vide vtrum quis det qd non habet.z.ca.j.de sup. negli.prela.vbi pro z cõtra de dño dã te vsumfructum formalẽ:z de credi-tore transferẽte dñium pignoris.Et manumissus dicitur qui est liberat⁹ a manu:z potestate dñi.Nã qdiu in seruitute est:sub manu z potestate mini sui est:s3 postq manumissus ab illo liberatur.ergo dicit quasi extra manũ:id est potestatem dñi sui mis sus:z talis dicitur libertus domini sui:z dominus patronus eius.

¶Manumissio testamẽtaria dici po test omne illud quodcũq ex causa te stamenti prestatur:vel propter testa mentum contingit.Et not.ad hoc q fiat manumissio inter amicos requi runt quinq testes.C.de lati.li.tol.l. vnica.§.sancimus.Uerum est in vlti ma voluntate.Sed ad manumitten-dum inter viuos sufficiũt duo testes vt not.in glo.z.§.z.l.prealleg.

¶Manualis obedientia.not.de maio.z obe.his qui.de resti.spo.olim causaz ad quam subditi tenentur prelatis suis sine scriptura z iuramento:vt not in.c.legebatur.de maio.z obe.

¶Mappa est ornamentum equi:z sunt linteamina alba quibus cooperiun-tur equi cardinalium cum faciunt processionem.not.in aut.de consuet. §.quantumcunq.

¶Manipula est quoddam ornamentũ quod imperator Constantinus car-dinalibus concessit.Al ij dicũt ma-nipulam esse mitram episcopalem. vide Specu.in rationali diuinorum. lib.iij.sub rubri de manipula.z vide bis pulcherrima.

¶Mariti appellatione nõ veniunt spõ si de pñti in materia odiosa:secus in fauorabili:quia tunc veniunt spõ si de futuro:vt dicemus.j.in litera. in verbo vxoris appellatione.

¶Massariatia est idẽ q supellex:valet omne vtensile domus:cuius appella tione vestis nõ continetur:vt.l.si qs in fundi vocabulo.ff.de leg.j.

¶Masticonium est domus vbi leprosi congregatur.

¶Masculinum cõcipit femininũ:vt.ff.

de leg.iij.l.qui duos.z c.generali.de elec.li.vj.z l.quicūq.C.de ser.fugi.z significatur per dictionē masculini gnis:verbi grā ibi .Filiis meis do tutores et filio significāt.ff.de testa. z.l.si ita.Ratio est voluntas ex equali affectiōe prouidēdi eis vt tueantur z bona sua cōseruent. Sz ibi: filios meos exheredo:masculinū non ɔcipit femininū:quia filia nō cōprehenditur.l.j.§.qritur.ff.de vē.in pos.mit. qz masculinum dē se prolatum nō significat femininum: nec est ibi aliq cōiectura probabilis qua hoc cōcludat:sed est odiū exheredatiōis quod dictat significatū verbi non extendi: vt in regula odia de reg.iur.li.vj.Itē ibi:qcūq it vel proiicit de nocte per fenestrā nocēs:soluit decem.significatur etiā femina.l.quicūq.prealle. Et sumitur significatū ex paritate delicti.Similiter ibi.virū sanguinū z dolosū abominabitur dominus:comprehenditur etiā femina ratione delicti quod oditetiā de⁹ in mulierib⁹ lz ceteris pib⁹magis peccet masculꝰ ꝙ femina:qz ratio naturaliter in eo plus dfiatur.Et ergo in crimine lese maiestatis criminosus punitur et filii sui:vbi etiā filie comprehendun tur mitius tamen puniūtur femine: l.qsqs.C.ad.l.iul.maiest.Itē ibi:si mi hi fili⁹ nat⁹ erit: ex besse heres esto: z ex triēte vxor.Si vo filia nascet:ex triēte heres esto:z ex besse vxor:si fili⁹ filia nascūt:hereditas diuiditur in septē ptes:vt filius quatuor: vxor duas:z filia vnā habeat: sic videtur voluisse testator:nā appellatiōe filii nō cōtinebatur filia.l.si ita deo de li be.z posth.Nec ibi significatur femina dicēdo qs potest esse aduocatus in etate.xvij.annorū patet ex edicto de postulando:q prohibētur femine postulare saltē p aliis.l.j §.sexum.ff. de postu.Et idē de pcuratore qno ad esse pcuratorē in iudicio.l.femine.ff. de procurato.Idē etiā in teste ad testamētū:iure ciuili romanorū:vt in §.testis inst.de testa.imo qōplus est si exprimatur nomē cōmunis generis:vbi autē numerus testiū non adhibetur:duo sufficiūt.l. vbi numer⁹. ff.de testi.z cōtinetur etiam mulier. Idē in omni materia in qua ratiōe vel lege:statuto:vel vsu nō fit differētia inter virū z mulierē:quia tūc ad paria iudicatur.Aut eniz est adiectiuū ipsum masculinum:vt quicunq: quisquis:quidam zc.z cōcipit femininū:qa intelligitur homo vel persona:vt.l.metū.§.animaduertēdū.ff.q met.causa.z l.vnica.in fi.C.de rap.virgi.Aut est nomē appellatiuū:vt fili⁹: z tūc si de fauore igitur: concipit :si de odio non concipit.vt no.in.l.quicūq.C.de ser.fugi.prealle.z in l.j.de verb.sig.vbi glo.ponit exceptiones. Sed econuerso femininm non concipit masculinum:quia appellatione feminini non significatur intelligi masculinum nisi euidentissime appareat:sicut sub vno nomine appellatiuē aliud significat.l.si quis in fūudi vocabulo.ff.de leg.j.cum ibi nota. Et hec dicta intelligitur de mascul.no. i.dictione masculini gnis. Sed masculinū qnq significat masculinū:vbi grā.testator legat ancille libertatē si primo pareret filiū peperit filiū z filiā ex eodē vtero:z incertum est qs primo nat⁹ fit.dicit tex.ꝙ fili⁹ censetur pri⁹ edit⁹.l.si fuerit.§.fi.ff. de reb.du.Ratio:quia de natura mascul⁹ fortiorest femella eiusdē etatis.

¶Masculinum concipit femininum: sed non econtra.panormi.in.c.super inornata.in.i.collo.versicul.nec statutum.deprehendis.

¶Masculinum est dignius feminino quod concipit ad mentem legislatoris: non quantum ad verba: vt.l.j.ff. de verbo.significatio.vbi bona glos.

¶Matematici sunt q dicūt se scire aliquam artem diuinandi:et dicitur a matesis media longa quod est diuinatio:z profertur penultima producta sine aspiratione. Sed mathesis penultima corrēpta cum appellatione significat quadriuiū.vnde.Scire facit mathesis:sz diuinare matesis.

¶Matricuria dicitur habēs curam ce

clesie.textus et gloss.in capitulo mulieres.xxxij distinctio.

¶ Materfamilias est que in honestate viuit.vñ nec nuptie nec natales faciũt matrem familias sz boni mores.

¶ Matricula est chartula in qua scribitur aliquid:et precipue liber vniuersitatis in quo nomina suppositorum conscribuntur et immatriculantur:et est diminutiuum a matre.l.matricula.C.de agen in reb.li xij.et in.l.ij.eodem ti.et.l.petitionez de aduoca.diuerso.iud.ff.et.c.perlectis. iuncta glos.in versi.matricullis.xxv.distinc.

¶ Matertera est matris soror:inst.vt de gradi.cog.in.gloss.ver.patruus.

¶ Mftera magna est auie soror:sicut pro matertera pro auie soror.

¶ Matricularius dicitur habens officium pulsandi campanas:vel qui habet matriculare studentes.

¶ Matrix ecclesia ponitur pro maiori baptismali que generat baptismum sicut mater:vt glos.in verbo.matricem.in.cle.j.de senten.excom.

¶ Maturare quandoq significat festinare:quandoq est per solem digerere:vt fructus maturantur.

¶ Maturus quis tripliciter ostenditur: vultu:gestu:voce.Spe.in titul.de aduoc. §.v. versicul. cum autem.

¶ Matrimonium idem sonat quod nuptie:et est,legitima maris et femine coniũcto indiuiduã vite consuetudinẽ retinẽs.xxvij.q.ij.§.j.et de presump.c.illud.de 9uer.infi.ex literis.et subaudi hoc:scz ad propositum in quo debẽt esse tẽpore quo nubũt vel matrimoniũ contrahunt. instit.de pa.po.in prin.Et matrimonium est duplex:scz verũ:et presumptum.Uerũz:quod cõtrahitur inter personas legitimas per verba apta: nullo impedimẽto sub existẽte.Presumptum dicitur quando inter personas legitimas interuenit tractatus de cõtrahendo:vel verba apta:in euẽtũ tñ 9ditiõis vl' arbitrij alieni:et succedit copl'a carnalis:vt inqt Goffr.Et non dicitur primo niũ(lz apignion debeat fieri de nominatio:et tantũ votũ habeat vir.in liberos:sicut inf.l.l.liberorum.ff.de verborũ signi ideo quia mater matus exercitiũ vel officiũ exercet circa liberos quã pr.c.fina.de conuer.coniuga.qr ante partum onerosa:in partu dolorosa:et post ptũ laboriosa.Igitur ad honorem eius dr matrimoniũ:vt etiaz de cõuer.infi.c.ex literis.Et no. q matrimonij tria sunt substantialia que dicuntur bona eius.vt de cõdi.appo.c.vl.et xxvij.q.ij.omne itaq. scz fides:proles:et sacramentum. Et si apponitur conditio contra aliqd bonuz matrimonij vel ei9 substantiam nulluz est matrimoniuz.exemplũ de primo:si dico:contraho tecũ si te pro questu adulterandam exposueris:nõ est matrimoniũ:qr est contra bonũ fidei qd cõsistit in eo quod alter cõiugiuz suum corpus(qd suũ nõ est:sz 9sortis sui)nõ exponat vel det alteri:al's est adulter:fur:et fidei fractor.Exẽpluz d scdo:vt si dico: cõtraho tecũ: si generationem prolis euites:siuenenũ sterilitatis accipias nõ est matrimonium:quia contra secundum bonum e9: scilicet bonum prolis:propter quam multiplicãdã fuit matrimoniũ a deo institutũ.Exẽplum tertij:si dico:cõtraho tecum donec ditiorẽ vel pulchriorem habuero nõ tenet matrimoniũ:quia est cõtra sacramẽtũ indiuiduitatis: quia nullũ debet esse diuortium inter coniuges.Sic eodem modo dic qd pfessio religionis nõ tenet dummodo fit cõtra bona vel substantialia religionis:que sunt etiam tria scilicet castitas:obediẽtia:et abdicatio proprietatis:et de his pone exempla suo modo vt supra.Et si dico.contraho tecum si furtum feceris:si digito celum tetigeris:nonest matrimoniuz quia turpis et impossibilis cõditio que est cõtra substãtiã matrimonij habetur p non adiecta.c.j.et vltimo.de conditio.appo.Et nota quando contrahatur matrimonium:et quãdo spõsalia de futuro: declaratur ex significato verborũ prolatorũ:et actuum sequentiũ. Unde verba formalia matrimonij

sunt illa quādo vir dicit accipio te i meā mulierē: ꝛ mulier. Accipio te iu meum virum. c. licet de spon. duo. et c. si inter. ð despon. Similiter est ma trimonium si quis iuraret quod ali quā ab hoc tempore pro coniuge te neret: ꝛ sicut vxori fidē seruaret: ꝛ ip sa eidē iuraret se illū p marito habi turā. ꝛ sibi tanq̄ viro proprio seruitu ram: vt in c. ex parte. de sponsa. Nam licet ibi nō. exprimātur verba forma lia tamē idē est ac si vnū de expoti tib⁹ fiat vt. l. certū. ff. si certū petatur. Dicū etiā quidā docto. qd verbū ha bitur hic significat preteritum: non futurum. Similiter dicendo: promit to tibi quod nunq̄ hebebo aliam vxo rem: nisi te: vel volo te ꝛ non aliam in vxorem: vel consentio in te sicut i meam vxorem: vel promitto quod vo lo te habere in vxorem. vel placet mi hi te habere in vxorem. vel promitto qd tibi seruabo fidē sicut vxori mee: vel volo qd ab hac hora in antea sis mea vxor: vel iuro quod habebo te p legitima vxore. ð hoc vide. xxii. q. iiij. §. vltimo versi. est etiā. Itā si dixerit. iuro vel prommitto tibi tanq̄ vxori huiusmodo verba mulieris sequantur: cō trahitur matrimonium per quenlibet predictorū modorū. vt not. ibi Spe cula. eodem ti ulo. §. primo Item sibi si dicat vir: iuro quod tu es vxor mea ꝛ mulier econtra. iuro quod tu es vir meus. dicunt quidam quod non sit matrimonium de presenti: sed spōsa lia de futuro: capiendo ex proeris. ff. de verborum significatione. l. verbū erit. Nam ꝛ si sint verba presentis tē poris: non tamen ad matrimonium apta: ergo aliū dicūt qd nec sponsalia contrahantur. Sed ibi promitto qd te ducam in vxorem: ꝛ de cetero tene bo te vxorem: sunt sponsalia: quia sen sus est: ego te ducā: ꝛ ex quo te duxe ro decetero te tenebo argumen. ca pitu. ex literis. ii. de sponsa. Secus si nō addito verbo ducam: dicat: pmit to quod tenebo de cetero in vxorem etiam dimisso hoc vbo decetero: tūc est matrimoniū: vt capitu. ex parte. ꝛ sponsa. preallegeg. Item si dicat p mitto: qd tenebo te in vxorem donec terra ponatur super oculos meos: ꝛ similiter eodem modo respondeat: ꝛ vir itelligit deceptorie: id est donec sibi placuerit: quia dum nō placebit ponet terram super oculos: si sibi ap pareret de dissensu: non est matrimo nium: alias sic: quia ista verba donec terra. ꝛc. significant tempus mortis. Similiter donec oculi ꝛ os mihi clau dantur. capitulo ex literis primo de sponsa. Item si vir cōtrahit cum vna sub conditione: ꝛ cum alia pure: ꝛ cō ditio sub quacum prima contraxit: existit: iudicandum est pro matrimo nio secūdo cōtracto. capitu. super eo ꝛ capitulo de illis. ꝛ capitulo ptnas. ð conditio. appo. secundum Hostiēs sem: quia matrimoniū purum pfer tur suspēso ꝛ conditionali: Aliū dicūt iudicandum pro primo: quia per pri mum partes ligarunt se sub cōditio ne: nec habent in potestate se solue re donec eueniat. conditio: ꝛ p conse quēs non alio: cōtrahere. l. potiou C. qui potiores iu pigno. habentur. ꝛ dī cunt quod dictam precedēs est po tius ex ratione ciuili inductum pro pter melius bonum matrimonū pre sentis ꝛ certi quam futuri ꝛ incerti. Alia exēpla vide supra de conditio. Item nota de matrimonio beate vir ginis quod. ista consensit in copu lam carnalē cum Joseph: nec illam committēdo: nec appetēdo: sed diui ne inspirationi in vtroq̄ obediēdo. xx vi. q. iii. nec secūda. §. cū ergo. non pro posuit se seruaturam virginitatē in corde sed votum virginitatis non ex pressit: sed subiecit enim se dispositio ni diuine propōnēs se pseueraturam in virginitate nisi deus ei aliē reuela ret secundū Goffredū ð spon. De origine. autē matrimonii q: fit a tri plici iure: videlicet: naturali gen tium: ꝛ ciuili. vide in glossa. insti. ð iur. na. gen. ꝛ ciui. §. matrimonium. ꝛ quot modis potest impediri: vide ifra ti. ð nup. in glos. §. enumerari. ubi po nuntur quatuordecim.

¶ Matrona dicitur q̄ iam nupsit: quasi que in matrimonio conuenit.

¶ Matula gen9 vasis est ad vrinam et aquā tenendā pinde mūdo mulie-bri cōtinet: vt scripsit Ulpi. in. l. argu mēto. §. mūd9. ff. de aur. et ar. le. Alio. noie matella et metellio dicit. Plau in amphi. Ne tu postulas metallam vnā tibi aque infundi in caput

¶ Maxime quandoq dicit cemparatiue Aliquādo pro tantum. de fil pf-by. ca. ad abolendam. Aliqui legunt maxime qz pro magis: et tenet pprie: fm Bar. ibidē. Itē maxime supponit idē in alio casu: sed maiore esse ratio nez in expresso. C. vnde libe. l. si Aliqn sudauditur: vt. l. verum. in pri. ff. p so cio. Ad primum facit. ff. de proba. l. cū deinde. l prin. et ibi maxime: d peni. et re. ca. officio. in fi. de spō. cap. spōsam. vide hic no. cap. palleż. ad abolēdā. in addi. gl. j. et p Ioā and. sup ea etiaz no. de hoc in. c. cum cōtigat. de fo. cō pe. in gl. j. de elec. cū inter. et. c. quoniā frequēter. §. porro. vt lite nō ztest. et pprie implicat idē i cōtrario sensu.

¶ De M ante E.

¶ Mechia pōt dici oia fornicatio. xxij. q. iiij. omnis machia et ibi plene.

¶ Medographia. i. litera. Inde medographus. i. medicine scriptor sic accipitur. C. tabu. scrip. tc. lib. x.

¶ Mediastin9 seru9 ē ex abiectioib9: ita dict9 qz domestica queq vilissima ministeria obire i domo cogebatur vt. ligna cōgerere: domū9 purgare: et huiusmodi. Hoc aūt nomine in de vtit: quia in media domus parte ad omniū aliorū iussus presto esse debet. de quo meminit iurecōsultus in. l. fin. ff. de no. oper: nuntia. et in. l. itē apō labeonē. §. ptor ait. ff. d iniu. et i. l. j. de exercitorib9. ff. nau. caupo. stabu

¶ Meloproxim9 vna diccito est: et eū nomen dignitatis: vt no. in. l. peculiari. C. de proximis sacro. scrini. l. xij.

¶ Membrana spēs charte i q̄ describent iust. et alia q̄ zseruatiōe idigēt et ideo dr qz de mēbris animaliū eri-pit: vt insti: de re. diui. in glo. §. litere

¶ Mediū dicit hec vita. xxij. q. iiij. hec aut vita. et not. Ioā. an. i proemio cle.

¶ Mendaciū. Require supra dolus: vn de augustin9 dicit: mendacium est falsa vocis significatio cū intentiōe fallendi. quod sit debet intelligi. cū itentione fallendi que tunc ibi est: vel postea aduenit. Quādoq eni aliqs aliqd pmittit: nō tn voluntatē fallē di actu habet sed postea aquirit.

¶ Mēdicantes dicunt quas in publicis questuz stutā mēdicitas vocauit: et illi reficiebant publicis annonis. Ualidi autē et robusti non debēt mendicare ne miseris et debilib9 panez auferāt. C. de mēdicā. vali. l. vnicā. li. xj. et in auē. de q̄st. co. vj. Cōcedit tñ aliq bus papa occupati circa doctrinā fidei vt de elecmosinis fideliū viuāt: sicut apostoli viderūt: q seminātes spiritualia tēporalia metere poterāt q si de iure naturali: vt dicit Apostol9.

¶ Meniū vel meniarium idē est quod vestibulū a monibus septem. Et dicitur ideo quia menibus adheret: fm Hugo. Alij ponunt manerium.

¶ Mensor est qui metitur agros: colūnas vel signa vel homines vel frumētū vel menia iuxta castrū vel hospitia vel etiā qui oia officia assignat fm Accursiū. C. de mens. in rbri. li. xij.

¶ Mensuratio vie quo modo debet fieri dic fz Abba. in. c. olīz de excep. i pe. co. versi. tertio queritur q quādoq ritu de distantia locorū ratione itinerj: considerantur magis vsitata q alia vis licet sit breuior: fz Bartolū i lege pma. i fi. ff. si qs cautio. vbi dicit q quādo tractatur desperatio locoz ratione itinerj: cōsiderat via magis vsitata: nō autē fit commēsuratio p indirectū: vel per aerez: secus si fit co mensuratio nō respectu itineris sed solius distātie dr fiet via breuiori et recto i terrestri: si fieri potest: alias per aerez: fz Barroluz in. l. iij. ff. de verb. signifi. Adde Feli. in dicto. c. olim ver. ex quo formatur hec questio. col. ij.

¶ Mensuras vel pōdera fraudās que pena venit puniendus. panor. c. vt

mensure circa fi.de emp.et vendi.

¶ Menia dicuntur proprie edificia murorum ciuitatis sic dicta: quia muniunt ciuitatem. Et interdum dicuntur menia abusiue omnia edificia. vel dicuntur a mene grece .i. defectus latine: quia deficit murus vbi sunt menia.

¶ Mera donatio. Requ're supra donatio.

¶ Meretrix dicitur que multorum libidini parat id est obedit xxxiiij. distinctione vide. vel cuius turpitudo publice venalis est. xxxii. q. iiii. meretrices. et in gl. ii. cap. inter opera: de spon. Dicit enim Aug. in questionibus Deutero Meretrices esse: et ad meretrices accidere prohibet dominus: quarum publice venalis est turpitudo. In decalogo autem machine nomine non videtur hoc prohibuisse aperte: quasi machia non nisi adulterium esse solet: seu intelligi solet: vt etiam in c. pall. meretrices.

¶ Metus est instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio: vt. ff. eodem titulo. l. j. Et no. quod licet non si necessarium periculum esse presens: tamen exigitur metum esse presentem: saltem pro futuro periculo. ff. eodem tit l. metum. ij. nam per metum non quemlibet timorem accipimus: sed maioris mali: vt in. l. metum preualle. Et dicitur metus quia mentem tenet vel terret seu impedit. Qui enim timet: non semper gerit in corde quod habet in ore. de hoc vide gl. ii. capitu. ad audientiam. de his que vi me. ve cau. fi. Inde meticulosus: metu plenus scilicet qui metuit timenda et non timenda. Et sic dicitur iuramentum miticulosum. Et vtrum hoc obliget ipso iure? Quod sic videtur de iure iurand. in ca. si vero. et. c. verum: Quod non patet: quia votum factum per metum est nullum ipso iure: cum voluntas in vouendo debeat esse libera. c. integritas. xxxii. questio. ergo et iuramentum pari ratione Innocen. concludit: si iuramentum est impositum turpiter et super re turpi scilicet occidere innocentem: vel non ministrare alimenta parentibus etc. tunc nullum est ipso iure: nec obligat iurantem: et licet contrauenire propria autoritate. c. inter cetera. et. c. si malia premissis xxii. questi. iiij. Sed si iuramentum sit turpiter emissum non tamen super re turpi: si dolo vel metu: sic obligat ipso iure sed absolutio pot impetrari ex superioris vel iudicis officio. cap. si vero. et. c. verum. parte ga. Addit idem si iurans metu potest sibi prouidere per aliam viam quam per vias absolutionis a iuramento: melius est quod soluat quod iurauit: et deinde repetat. Nam que fiunt per metum tenent ipso iure: secundum Goffredum: sed rescinduntur per actionem quod metus causa: si sunt perfecta. Si vero imperfecta tunc per exceptionem. ff. eodem tit. l. metum §. sed propter. Exceptis sex que per metum non tenent ipso iure: vt contractus matrimonij: promissio dotis: aditio iudicis: prestatio autoritatis: alienatio ecclesiastice. pronuntiatio sententie. Et dicit Joan. andre qui venit contra iuramentum meticulosum: non peccat mortaliter: licet peccet venialiter. vt capud. veterum. ad fi. de iure iurando. de hoc vide. gl. pleniorem in l. extat. ff. eodem tit. Et distingue metus: quia alius est probabilis: qui cadit in constantem virum et animosum: et hic excusat: vt est metus pene mortis: et cruciatus corporis: metus stupri et seruitutis. Alius est non probabilis scilicet qui non cadit nisi in hominem pusillanimum et formidolosum: et hic non excusat: vt in. c. cum dilecti. eodem titulo Et regulariter (vt predictum est) ea que fiunt per metum valent et obligant: vt dictum est: et vt not. xv. q. vj. autoritatem. et cap. abbas. eodem titulo. Fallit tamen in casibus ibi notatis: ad quos adde casum. c. vinci eodem titulo libro vj. Etiam secundum coactionem absolutam vel conditionalem distinguitur excusatio metus. De hoc vide supra coactio. Sed vtrum metus excomunicationis sit iustus metus. Quod sic videtur: quia continet corporis et anime detrimentum. vii. questio. j. de manifesta. xj. questio. iij. audi vbi dicitur quod per excomunicationem mutatur status de corpore ecclesie in potestatem diaboli. Timenda ergo est quasi mors eterna

xj.questio.iij.nemo.z c.j.Quod n3 pa tet quia est medicinalis:nō mortalis vt capit.primo de sentē excōmuni. libro.vj.z ij.quest.j.multi.Et si est in iusta:vacua nec curāda:quia nen li gat quo ad deū.si est iusta:imputet si bi qui meretur excōmunicari. Igitur nō ē iust^9:met^9:nec excusat excōmu nicatio eius.l.si mulier. ff.co.ti.z no. Goffre.in summa.de his que vi met. ve causa fiunt.

¶Meritoria dicuntur diuersoria vel di uerticula:id ē sacrata edificia:alias montaria.

¶Mercis nomen ad mobilia tantū p tinet.ff.ď verborum significatione.l. merces.

¶Metallum z es sunt nomina genera lia muneras significātia. Et differūt metallum z opus metalli. vnde ille dānat in metallum:qui legitur cum ferro z onere z labore grauatur: vt non liceat ei facile abire Sed ille dā natur in opus metallicum:qui ibidē liberas habet habenas: z alijs me tallum fodientibus ministrat: et il lius levior est pena alterius,autem grauior.de quo glossa not.institu.qui bus modis ius pa.pot.sol.in .§.pene seruus.

¶Matallarij sunt qui affluētiaz exerci tū metallorum habent:vt.C.ď metal z metal.z pcura metal.z fz Accur. super rub.lib.xj.

¶Metassi alias dicuntur methārij pur purei.C.que res.vēdi nō pos.l.j. Uel est celor quidam.

¶Metroconia est ville mēsura:que da tur translatis iussu principis:vt.C.ď iur.fis.l.certa.vnde metros grece nē sura latine dicitur:z come villa. in de metroconia quasi mēsura ville. Inde z comedia.i.villana vel rustica laus:fz Accur.C.nō lic.habita. me tro.loca sua ud extra.cōfer.sup rubri li.xj. Etiā metrocomie sunt parochie vel dioceses.

¶Metropolitani a mensura ciuitatum dicūtur:quia decez vel vndeciz ďbēt sub se habere ciuitates.vij. questio. iij.ca.j.Uel dicitur a meter:id est ma ter:quia metropolis est mater aliarū ecclesiarū.fcdm glo.ibidē.Etiam me tropolitani singulis puincijs pemi nēt:quarum autoritati z doctrine ce teri sacerdotes subiecti sunt:sine q̄ bus reliqi episcopi nihil agere li cet.ď his q̄ spectant ad totam puin ciam secundū glo.xj.dist.c.leros .§. metropolitani.

¶Merum imperiū est habere gladij potestatē ad puniendum facinoro sos.Unde merum imperium dicitur quedam summa potestas pquam ea que sunt iuriditionis maxime explic cantur.Et merum dicitur:quia sepa ratum a cognitione pecuniaria: eo quod in ď nullum sequitur commo dum pecuniarium:vt instit.ď publ. iudi.l.ď pdpio.hec autē sunt merri im perij facinorosos punire.ďlinquētes incarcerare:mēbra mutilare:penā ca pitalē imponere.hec pena ē triplex: vt dicit Hostiē.ď iureiurā.c.veniēs: scilicet mors:exilium z relegato.ff.ď publi.iudi.l.ij.

De M ante J.

¶Mixtum imperiū est potestas media per quaz ea que sunt in iurisditione media explicantur. Et dicitē mixtū quasi ex iurisditione:z mero īperio: eo quod habet commodum pecunia rium: z ptinet ad ipsum bonorum possessinē dare i possessionē mittere: iubere cauere pupillis tutores da re:z omnes alie pene graues preter penam capitalē mutilationem: vt ē relegatio fustigatio.vel grauis coerc ctio.ff.ď iuridi.omnium iudic. lege prima in glossa.z in tex.Aliter distin guitur prout recitari solet circa.c.qď sedē.in glos.ď offi.ordi. Merū impe rium est quedam summa potestas z alta ex publico inducta:vt gladij po testas ad animaduertēdum i facino rosos:z ē apud principes principali ter:scilicet papam z imperatorē. Et in spiritualibus merū imperiuz ē vt ďpositio:trāslatio sedis episcopaliū z diuisio duaruz ecclesiarū catedra

liū:vel diuisio vni⁹ in duas:vt in ea. quod trāslationē.de of.deleg.vbi vide plura in gl. Sed in secularib⁹ mero rū imperium est pena capitis:(vt su pra) que principaliter est apud prin cipes seculares:scȝ reges:ducesmar chiões:comites ꝛc. Et et apō archie piscopos:patriarchas ꝛ epos tanꝙ apō missos. vt in.c.solite.§.subdi.de maiori.ꝛ obedien.cū suis ꝯcor. Mixtū vero imperiū est quadā bassa vel media ptās ex publico inducta: ptē capiēs ex mero imperio:ꝛ ptē a iuris dictiōe:vt est spiritualib⁹ dedicare ec clesias:vel altaria cōsecrare: ꝛ vgi nes velare. Et talis possūt ꝯmitti nō habentiiurisditiōneȝ: vt in gl. Pal. leg.ꝛ ea q̄ sunt meri imperij expediū tur iudicis officio nobili:ꝛ principa liter tendunt ad bonum publicum.

¶Mixti imperij que sunt :etiam expe diunt iudices ex officio nobili : sed principaliter tendunt ad bonum pri uatum. Sed ea que sunt simplicis iu risdictionis:expediūtur iudicis offi cio mercenario:ꝛ tēdūt etiā ad bonū commune. Uenit ergo ab imperiolū id est paruum imperium quod ha bent iudices inferiores. de hoc no. in.c.si diligenti . de foro competen.

¶ Sine hec dictio tria importat. est eni priuatiua: negatiua: & exclusiua. not. ff. de pig. acti. l. j. §. preter. Item importat argumentum a cōtrario sensu. extra de his que fiunt a prela. sine cōsensu capi tuli. cum apostolica. §. fi. Aliquando in cludit. v. distin. ad eius. & de temp. ord. c. nec episcopi. & ibi in gloss. Aliquādo ponitur pro non. ff. manda. l. si manda uero. §. fugitiuis. Aliquando pro cōtra ff. de acquir. possess. l. si ex stipulatione. & plene de hac dictione vide per Albe ric. de rosa. in auf. quod ius. C. de procu ratori.

Sitocomia. i. fames vel guerra: vt. C. vt nemi. lic. in emp. specie. in gl. ru. vel dic sitocomia frumentaria dicit. vnde sito coma prefectus frumētarie. Nam siton frumentū & como curo dr: vt habet. l. fi. ff. de adminis. re. ad ci. perti. vbi corrupte,

legitur sitonias: pro sitocomas.

¶ Siue euenerit siue non euenerit he orationes de se sunt contrariorum casuum: et tamen coniuncte significant puritatem.s. quod actus qui disponitur his verbis sit purus: et sumit significatum ex hoc quod certum est alterum casuum euenturum: et sic dispositio reddit pura facit.l. quod si peterem.§.vlti.vbi habetur quod venditio facta hoc modo siue nauis ex asia venerit siue non: est pura vt.l.si pupillus.§.q sub conditione.ff.de noua.vbi habetur quod qui stipulatur sub conditione omnino extitura: pure stipulatur: vt.l.itaque.ff.si certum pet.vbi conditio dicitur: cum in incertum confert. Et sic patet quod hec conditio non reddit actum conditionalem de per se: sed hec oratio applicata dispositioni vltime voluntatis eam reddit conditionalem: vt.l.huiusmodi.ff.quando di.leg.ce.vbi dicitur quod legatum hoc modo factum siue illud factum fuerit siue non: est conditionale: et intelligo siue non fuerit infra certum diem: ne in infinitum expectetur. Et licet certum sit alterum casuum eventurum: tamen incertum est an viuente legatario vel non: et sic incertitudo facit conditionem in vltimis voluntatibus. facit l.j.ff.de condi.et demon. Secus in contractu qui pure transmittitur: siue factum existat siue non. ergo contractus factus cum ille morietur non est conditionalis: sed in die.l.nam si cum moriar.ff.de condi.inde. Et sumit in his significatum ex communi modo intelligendi: nisi aliud certe appareret ex voluntate testatoris vel contrahentium.

¶ De S ante O.

¶ Sobrini et sobrine dicuntur qui vel que ex patrielibus fratribus vel sororibus consobrinis, vel amitis progeniti vel progeniti sunt.

¶ Sobrinus proprior et sobrina proprio sunt patrui magni vel amite magne filij filie vel: et sobrinus nascitur ex sorore.

¶ Socer est pater mariti vxoris: in.l.sicut autem.ff.de re iudi. etiam est pater vxoris mariti: vt ea.l.

¶ Socrus est mater mariti vxoris pro socer pauus. et pro socrus: proauia mariti.

¶ Societas. Requ.re.S. Actio pro socio: nam vera societas fraternitatem inducit: vt in l. verum.ff.pro socio.

¶ Solet quid importet: vide Bar.in.l.s. C.quomodo et quando iu.

¶ Solutio secundum Hoff. est rei que debetur redditio.insti.qui.mo.tol.ob.in pri.vel large est ab obligatione liberatio. Et alia est naturalis siue vera que fit per redditionem eius quod debetur: alia ciuilis siue imaginaria: et fit multipliciter per nouationem delegationem acceptilationem vel compensationem: de quibus in locis suis.

¶ Soluendo esse est habere vnde soluat vel soluere possit insolidum per se vel per alium.ff.de verbo.signi.l.soluendo. et sic dicitur quis esse soluendo. E contra non soluendo dicitur ille qui soluere non potest.

¶ Solennitas sumitur pro actu reali: vt solennitas stipulationis: dum quis fideiubendo se obligat interrogatione precedente et responsione sequente. insti.de fideius.§.fi. Et hoc est notandum pro intellectu huius si scriptum reperiretur aliquem fideiussisse: quia sub hoc verbo significatur solennitas stipulationis: nisi fieret in patria tali in qua efficax est simplex promissio. Similiter in autentico instrumento si reperitur ibi scriptum aliquem promisisse: sub hoc verbo includitur solennitas stipulationis.l.j.C.de vsur.et.§. si ita scriptum.insti.de inuti.stipu. Et sumitur significatum ex solennitate instrumenti quod significat ibi contentum solenniter factum etiam ex parte notariatus quia notarij non redigunt instrumenta in scriptis publicis: nisi de actibus coram eis solenniter celebratis. Alias promissio non facit de se solennitatem stipulationis: secus de fideiussione: dum saltem apparet inquantum pro quo et penes quem: alias etiam nulla esset fideiussio.l.cum de indebito.ff.de proba.§.fi.iuncta.l.j.de fideiusso. et sic de alijs in quibus includitur solennitas vel non.

¶ Solus est cui nullus est contrarius .di. viij.si solus.si solus christus audiendus est: non debemus attendere quid aliquis ante nos faciendum putauerit: vt.viij. q. j.sciendum.in fi.

¶ Sola est que fidei possidet meritum: obedientia.

¶ Solertia.i.cautela.de iure patro.c.j.

lib.vj.per Archi.vel ingenij sciētia vel astutia.no.in.l.j.§.non fuit.ff.de dolo.⁊ in.l.j.C.si maior fac.

¶Solū idē est quod terra:vnde.Sit tibi terra solū quod possunt vincere solū. Ubi primū est substantiuū neutri generis secūdū adiectiuū masculini generis vnde dicitur.Quicquid plātatur seritur vel edificatē.Oē solo cedit radices si tñ egit.insti.de re.diui.§.cum in suo.

¶Solidū:id est firmū.Et cōponitē cū in vt insolidū:id est quilibet eorum per se solū:vnde locus habet in promission.dē stipulatione vallatis:que stipulatio accipitur per verba futura:vt inserit insolidum se daturos vel seruaturos.

¶Sollicitᵘ dicitur inquietus:quasi solers ⁊ citus:secūdum Isido.in ti.de sollicitudine.

¶Solidus idē est quod aureus:⁊.lxxij. solidi faciunt libram auri.instit.de pena teme.lit.§.fi.ff.de in iusvo.l.libertᵘ. Item solidus ⁊ aureus qualiter accipiātur in iure:⁊ quot solidi faciant libram. Panor.in.c.conquerente.de offic.ordi. vbi Feli.

¶Solium latini greci thronum vocāt: ⁊ est locus in quo reges sedēt.c.quorūdam.⁊ ibi Archi.de elec.in.vj.

¶Solutū matrimoniū dicitur siue morte siue diuortio.l.cum querebatur.ff.de verbo.sig.⁊.l.si quis.ff.solu.ma.

¶Sors est ars diuinādi.Diuinatio autem proprie in malo sumitur.Itē etiam sors idem est quod sortilegiū:vt extra de sorti.Itē sors est portio hereditatis eo ꝙ per sortes solent distingui hereditatum portiones.de preben.cū secundū apostolum.xxj.di.cleros.Sumitur etiā ꝓ fortuna vel euētu.xxvj.q.ij.sors.Item pro capitali capitur:vt de vsur.c.j.et.ij. de hoc vide gloss.in proemio cle.in ver bo sortis.

¶Sortilegium est quando aliquid per creaturas diuinatur.Et species diuinationis numerātur.xxvj.questio.iij.c.igitur.⁊ eadē cau.q.v.episcopi.⁊.c.nec mirū.etiā omnis diuinatio quocunqꝫ modo fiat ⁊ qualitercūqꝫ vocetē est prohibita et dānata:vt.xxvj.q.v.per totum.

¶Sortilegi vel sortilegiste sunt diuinatores:vel isti q̄ sub nomine ficte religionis per quasdam quas sanctorū vel apostolorum vocāt sortes vel diuinationes sententiā vel scientiā profitētur:siue diuinationis aut quarūcūqꝫ scripturarum inspectione futura promittunt:vt.xxvj. questio.j.c.j.

¶Sotulares dicūtur quasi subtalares a sub ⁊ talo.Et alias sabboti genus calciamenti:vt in.c.ne in agro.de sta.mo.

¶De S ante p.

¶Spado quis sit:vide.ff.de excusa.tuto.l.spadonē.⁊ insti.de adoptio.§.illud et vide.s.in verbo castratus.

¶Spado carens vtroqꝫ testiculo nō potest contrahere matrimoniū:secus si careat vno testiculo tantū.Panor.in.c.quod sedem.de frigi.⁊ malefic.

¶Spectacula sunt que fiunt in locovbi ludebāt tragedi ⁊ comedi:vt dicūt greci.⁊ habetur in autē.de consulibᵘ.Et spectaculū prohibitum est prout importat effusionem sanguinis.C.de gladi.l.j.li. xj.⁊.l.legatum.ff.de vsu ⁊ vsufru. Sed ludi permittebantur ad letificationem populi:vt comedie ⁊ similia.l.j.ij.⁊.iij. C.de spe.lib.xj.

¶Specus est altus locus supra terram per quem ducitur aqua.ff.de riuis.l.j.§. specus.Item ponitur pro fossa qua colligitē aqua:⁊ est ampla ⁊ rotunda.ff.de aqua plu.arcē.l.supra iter.ibi gl.ponit differentiam inter specus ⁊ cuniculum. vide.s.in litera.C.

¶Species significat terminum significatiuum plurium differētiū numero:vt homo ille terminᵘ significat omnes homines inter se differentes numero:q̄ terminus homo significatur per hoc nomē species prout est vnū de quinqꝫ predicabilibus.Sed scd̄m legistas sumitur species q̄qꝫ ꝓ indiuiduo:vt seius:stichus fundus cornelianus dicitē species prout ex significato suo vel quouis alio medio cōcluditur ꝓferentē significare voluisse:vt si dicat testator.Titio lego omnes seruos meos:scio lego stichum ibi seius in sticho preferetur.l.vxorem.§.felicissimo.ff.de legat.iij.nam species expssius

legatur q̄ genus: ⁊ legatū speciei sua: et: ⁊ aliqd significat ⁊ operat. Similiter ibi: lego titio vnū de suis meis: seio lego stichū. seius in sticho prefert. l. cuz ita. §. j. ff. de optione ⁊ elec. lega. non obstan. l. si heros. §. j. eo. tit. q2 ibi optauit de facto. Sed ibi: lego tibi fundū sempronianū: seio eiusdē fundi vsumfructū seius in vsufructu non prefertur: imo interutrumqꝫ communicatur. l. si alij. ff. de vsufructu lega. Sed si iudex diuidendo dicit: titio assigno fundum sempronianum: seio eius vsumfructum: solus seius habet vsumfructum. l. et puto. §. j. ff. fami. hercis. Ratio est voluntas iudicis sumpta ex natura diuisiōis qua agitur recedi a communione. Nam si vsusfructus remaneret communis non fieret diuisio: nec recederetur a communione. Et hec diuisio ⁊ sentētia iudicis esset euidenter iniqua: qua in fundo cū vni adiudicaret tota proprietas: ⁊ cum hoc pars vsusfructus ideo sumitur intellectus talis q vnus sit proprietas: et alterius vsusfructus: quia hic nulla apparet inequalitas. Item ibi: testator legat omnes seruos cuidam non capaci: puta deportato: ⁊ stichum seruum titio capaci. Titius habebit stichum nec derogatur legato generis per legatuz speciei: q2 legatum generis nulluz est ipso iure: ⁊ sic ei non derogatur: vt. l. nam et si. ff. de iniust. ru. ⁊ irri. test. vbi qđ nullū est: rūpi non potest. Item ibi papa concedit gratiam alicui ad primuz beneficium vacaturū in prouincia: alij ad primū vacaturū in diocesi. etiam prior prefertur ad primū vacaturū in diocesi propter ius prius acquisitū priori cui papa per secundam gratiaz non vult derogare. naz papa specifice nominat diocesim ad ipsi⁹ gratie restrictionē vt in illa diocesi gratia tantum habeat effectū. Etiā q2 hec gratia pōt habere effectuz absqꝫ hoc q deroget gratie gnali. secus in legatis vbi omnes serui vni legant: ⁊ alteri stichus legat: q2 nisi deroget legato generis: legatū speciei nō habebit effectum: ⁊ nihil operabitur.

¶ Speculatores proprie dicuntur presides prouinciarum. l. j. C. de priua. car. et. l. ordinariorum. C. de cohar. lib. ij. et eorum autoritas est magna. Panor. in c. suspitionis. de officio delega.

¶ Speculum quasi exēpluz est. c. enimuero. xix. distin. vnde ecclesia Romana est speculum aliarum: vt. d. c. enimuero. et est triplex speculuz: ꝯm Archidia. in. §. ecce. xxxvj. distin.

¶ Specularij inter artifices nominant. l. j. C. de excu. mune. lib. x.

¶ Sperant id est putant. insti. q. ex cau. manumit. non lice. §. in fraudem. versi. cu. sepe.

¶ Spoliatio est a possessione rei immobilis violenta ⁊ iniuriosa deiectio: vel rei immobilis ablatio. dicitur violenta quia si quis sponte possessionem suam renunciauerit vel abiurauerit: locū nō habebit spoliatio: ⁊ per consequēs nec restitutio. nam restitutio spoliatorū est ablatorum in iudicio redintegratio. Et quia credendum est canones loqui sano intellectu: spoliatus intelligitur in casu quo criminaliter accusatur qui tota sua substantia: vel maiori parte ipsi⁹ se per violentiam destitutum affirmat: quia nec nudi contendere: nec inermes inimicis nos opponere debem⁹. Habet enim spoliatus priuilegiū vt non possit exui iam nudatus: vt est tex. in capitulo frequens. de restitutio. spol. libro sexto. vnde. Cātabit vacuus corā latrone viator. vide Gof. in sum. de restituti. spolia. vbi predictam diffinitionem spoliationis subtiliter declarat.

¶ Spōsus ⁊ sponsa sunt q inter se de futuris nuptijs ꝓmittunt per verba de futuro, a spondeo sic dicti id est promitto vt. l. iij. ff. de sponsa.

¶ Sponsa dicit etiam quam pater spondet alicui futuram sponsam seu vxoreȝ vt. l. ij. ff. eod. tit.

¶ Sponsalitia sunt futurarū nuptiaruȝ conuentio ⁊ repromissio. ff. eodem titulo. l. pma. ⁊. xxx. q. v. nostrates. et ita iste consensus est de futuro matrimonio. Consensus vero nuptiarum est de presenti matrimonio. Sed dicit Placenti. eundem esse consensum sponsalium et nuptiarū. Spōsalia aūt dicta sunt a spondeo. nō moris fuit veterib⁹ stipulari et

spōdere sibi vxores futuras: vt.l.ij.ff.e. ti.ꝛ inde spōs.ꝛ sponse appellatio nata est.ꝛ certe stipulatio pōt interuenire: sꝫ nō necessaria. Et nota qꝫ spōsalia dissolui possunt pluribꝰ modis : scđm Jo.an. in tractaculo super quarto decretali:et no.super rubꝛ.de sponsa.

¶Spōsalitia largitas dicit qđ dat spōsus sponse sine animo tñ recōpensandi: sed omnino gratis vel ecōuerso. Et ista donatio dicitur cōtractus de iure ciuili. Et illi sunt quatuoꝛ.s.stipulatio:literarū obligatio cōtractus emphyteoticus ꝛ spōsalitia largitas:vt in.§.ius añt gētium.insti.de iur.natu.gē.ꝛ ciui.in glo. super verbo.pene.

¶Spoꝛtule sunt salaria apparitoꝝ:vel fm Azo.C.eo.tit. forte apparitores ista nō sibi:sꝫ pꝛo fisco recipiebant:ꝛ illa reponebant in spoꝛta vel in aliquo simili vase:vt coꝛbe:in quo cōsueuerūt aliqua poꝛtari: ꝛ ita sub tuta custodia fisco conseruabant.ꝛ sic continentia ponunt pꝛo cōtentis:vt.C. de spon.ꝛ sump.in rubꝛo ꝛ nigro.et.l.xij.

¶Spurca est aliqđ turpe per qđ aqua turbatur.l.apud trebatium.ff. de aqua plu.arcen.l. si seruus seruū.§.inquit.ff. ad legem aquil.ꝛ.l.j.§.j.ff.de extraoꝛdinarijs crimi.

¶Spurius est filiꝰ ex icestuosis nuptijs natus: et đr a greca voce spoꝛandin:qđ est vulgo cōceptus:vel sine parte nomē sumpsisse:vt.ff.de sta.ho.l.vulgo concepti. Uel est natus de cōcubina:vt de renū.cap.nisi cum pridez.§.persone ꝟo.in glo.que distinguit nothū: spuriū:mansercm:et naturalem.

¶Spurij qui dicātur:vide Panoꝛ.in.c. tāta.in pe.col.ver.quidā sunt filij spurij qui filij sint legiti.

¶Squaloꝛ est infectio ꝑpter multitudinē carceratoꝛū.l.si qs.C.de custo.reo.

¶De S ante T.

¶Statua fm Papi.ē simulacrū. idolū imago.Et est differentia inter statuā ꝛ imaginem:qꝛ in statua nihil est qđ non designet effigiem hominis: in imagine est pictura sola:ꝛ multe partes q̄ nō designant membꝛa hominis: vt dicit glo. super rubꝛ.C.de statu.ꝛ ima.et Azo.in sum.C.eo.titu.

¶Stabularij dicunt qui aduocatis hospitibus et stabularijs pꝛeponuntur : a stabulis sic dicti. Qui vero sic recepꝛrunt:hospites:ꝛ qui sine equis. vocantur caupones.

¶Stallus in choꝛo ꝛ locus in capitulo censent de partibus benefici canonicalis.Panoꝛ.in capitu.cum inter.in.j.col. de renuntia.

¶Stationarij dicunt milites qui vt alicubi teneāt stationē.sunt cōstituti.Possunt etiā dici libꝛoꝛū venditoꝛes: qꝛ statione faciūt pꝛo libꝛis vēdendis.Itē dicunt eleemosinarū questoꝛes.in.c. cum ex eo de pe.ꝛ remis.vbi pꝛohibetur talibus pꝛedicare.ꝛ ponit ibi foꝛma de verbo ad verbum eoꝛū que tales dicere debent populo.

¶Stadiū est octaua pars miliaris Ita licz:qđ(vt histoꝛice refert)hercules vno anhelitu currebat:ꝛ postea stabat:ꝛ est spatium centum ꝛ triginta passuū: fm Azo.insti.de reruꝫ diui.§. vniuersitatis in glo.ver.stadia.

¶Statoꝛes sunt nūtij vel apparitores magistratuū qui reos in ius vel in carcerē ducūt.l.obseruare.ff.de offi.pꝛocōsul.ꝛ lega.licet alibi mēdose legat stratoꝛes.vt l.l.in eadē.ff.ex qui cau. maio.

¶Status est cōditio hois in qua vtplurimum potest:vt ait Pla.

¶Statuta libertas est libertas cōcessa sub ꝯditione: vt dicēdo:lego seruo meo libertatē: si nauis ex asia venerit.l.j.ff. de ver.oblig.ꝛc.

¶Statuimus bene significat sententiā diffinitiuam.vt cap.in his.de verbo. signi.ꝛ impoꝛtat cōmuniter nouū ius.secus decernimus ꝛ innouamꝰ: vt in.c.de cernimus. de iudi.et.c. innouamus. de treug.ꝛ pa.Nā decernimus discussionē dubij : innouamus antiq̄ iuris renouationem ꝛ statuimus noui iuris ꝑmulgationem impoꝛtat.

¶Statutū est ius ab homine positū:vł dispositio ex qua ius pꝛoducit.insti. de iu.na.gen.ꝛ ciui.ꝛ significatur ius statuti ex verbis in statuto positis:que signi

ficant qd sonant: aut strictius: aut exten= sius: vel aliter put obscuritas eorum declaratur seu quouis modo pbabili con= cluditur. Nam in quibusdam statutis verba clare sumunt in suis pprijs signi ficatis no restringendo: nec extendendo. vt ibi: statutu imperatoris dicit q iudex q dimittitur ab administratioe no soluat pecunias vsure ab eo debite: nec ab eo exigantur: nec a fideiussore. l. cositutio nibus. ff. ad munici. rc. Quandoq aute restringuntur verba statuti vt ibi: statu tum est q si vir manumiserit seruum do talem de voluntate mulieris: teneatur mulieri soluto mrimonio restituere qc= quid peruenerit ad ipsum a liberto: et etia heres eius si ad ipsum puenerit in quo statuto solu comprehenditur vir et heres eius: sed non socer pater viri. l. si vir. §. de viro. ff. solu. matri. Quandoq si gnificat extensius. verbi gratia. statutu est q conductores domoru habitent in illis. r no pducat alijs nec alios secu in domo pducta p pretio vel grat teneat. vir conduxit domu taliter. certe extendi tur q potest inhabitare cum vxore r fa= milia sua tota nec facit cotra statutu: vt l. si ita stipulatus fuero. ff. de verb. obli. Bar. hic decidit hanc questione: statuto cauetur q quicunq fecerit effundi san guine in palatio: capite plectatur. bar= bitonsor phlebotomat aliquem: an inci dat in pena? Et dicit q non: qr statutum intelligitur. quicunq iniuriose rc. Etia pena non debet imponi nisi pro delicto sed barbitonsor in tali no committit de lictum: igitur rc. nisi appareret de mete statuentis q vellet phibere de se licitu: puta effundere sanguine etia licite per phlebotomiam: pter loci honestatem. nam tunc bene staretur verbis statuti r sic contra faciens incurreret pena dam ni: r no lucri appositam. Si statutum ve lit prohibere de se licitum: in dubio no est tenendu nisi clare hoc pateat. E pre dicta intelligutur de extesione vel restri ctione: vltra q vba significat de se. Si autem verbu plures habet significatio= nes. tuc illa eligit qua eligenda signifi catu verni declarat: vt quando l ex dicit naturales filios esse i potestate patris: intelligitur de naturalibus r legitimis quia alijs legibus declaratur q filij na turales tantum no sunt in patris pote= state. Et nota q significatio propria ver bi dicitur illa in qua comuniter capitur ipsum verbu vt i. l. labeo. ff. de supel. leg. Ite statutu impones penam pecuniaria pro adulterio vel homicidio: pro quib9 est pena mortis de iure comuni: vtrum valeat? Archi. in. c. duo ista nola. xxiij. q. iiij. r in. c. fin. ne cler. vel mona. lib. vj. Hostien. r Joan. and. in. c. fi. de consue. decidut q non valet: qr constitutio de= bet esse iusta: equa r vniuersalis. iiij. di stin. c. erit aute lex. sed ista est iniqua: qr per eam datur occasio facile delinque= di. l. si vnus. §. illud pro. ff. de pac. c. que= admodum. et cap. r si christus. ver. que dam enim. de iureiurando. Nil enim ma gis appetimus q saturare voluntatem nostram cum possumus. Cum ergo quis scit se pro homicidio non moriturum: ci= tius facit: nec suam culpam pertimescit cum sperat posse redimere eam. Bal. so lo9 apud legistas. in cap. j. §. iniuria de pac. iur. fir. l vsi. feu: dicit sine aliqua al= legatione hoc statutum inualidum esse quando ponit penam pecuniariam par uam: r sic contemptibilem: alias secus r nihil allegat. Sed Ludo. de roma pro= bat per tex. in. §. pena. insti. de iureiura. vbi dicitur q valida erat. lex. xij. tabula rum olim q propter delictu imponebat penam pecuniariam. r hoc propter ma gnam veterum paupertatem. Item alle gat glo. dicente Qui rustico aufert por cum: aufert sibi oculu. l. illicitas. ff. de of fi. presi. Item rustici non audent optare pecunias in comitatu florentino. l. domi= ni prediorum. C. de agri. r cen. lib. xj. Ite statuta communiter fiunt q qui steterit in ciuitate p tot annos: efficitur ciuis: q si non steterit continue: sed pro maio ri parte temporis: an locum habeat sta tutum? tex. est singularis in. l. cum dela nionis. §. sabinus. ff. de fun. instru. et in= strumen. leg.

¶ Stragula vestis est. l. vestis. §. j. r fin. ff. de aur. r argen. leg. j. iuncta. l. seq. r. l. quesitu. §. sed si fundus. ff. de fun. instr. et in parabolo Salomo. c. fina.

¶Statutum siue lex puniēs vnum delictum: ⁊ presupponēs aliud. nō valet. in illū in quo nō verificatur delictū ⁊ presuppositū. gl. vnica in. l. mācipia. in verbo aduocandū. C. de ser. fugi. verbi gratia: statutū dicit: turbās aliquē l possessione. puniatur pena cētum: ⁊ restituat possessionē. punit ēm turbantē: et ꝓsupponit possessionē iniustā: si ergo qs non abstulit possessionē: nō punit pena statuti. per hoc dicit Ludo. de roma. ꝙ lucratus fuit sex florenos. Itē Rome erat statutū ꝙ quicūqꝫ nō exequeretur dispositionem defuncti infra annum: priuaret omnib⁹ beneficijs suis: ⁊ excōmunicaretur ⁊ statim restitueret bona testatoris: iuxta. ca. si heredes. de testa. quidā relictus executor ex testamento: nunꝙ habuit bona in posse suo: sed erant penes heredem. non fuit executus infra annum: et cum fuisset beneficijs priuatus ⁊ excommunicat⁹. dicit Ludo. de roma se determinasse ꝙ male fuerat excōmunicatus: quia presuppositum statuti: scilicet ꝙ habuerit bona in posse suo nō verificabatur in eo. vbi dicit hoc bene notandum. Item statuti causa compromitti non potest. casus. est in. l. non distinguemus. §. de liberali. ff. de arbi. et ca. causa. de intest. rest. Potest de ea incidenter cognosci. casus singularis in glos. l. cum proponas. C. de re. credi. qꝛ idem est in arbitro quod iudice: de quo in. l. quoties. C. de iudi. Item statutum prohibet habentem vnum officium. acceptare aliud. sic acceptat: pena habet vt careat acceptatio: et priuet officijs ⁊ salario primi. tex. singularis est in. l. qsquis. C. de cohar. princi. lib. xij. ⁊ ibi per Barto. Item statutum est quod credatur testibus deponentibus de credulitate. an valeat? dicit Hostien. et domin⁹ Anto. de butri. in cap. j. de appel. ꝙ non valeat. De hoc secundum Ludo. de roma. in. l. j. ff. de ventre inspiciendo. ⁊ in l. quid tamen. ff. de arbi. plene per dominum Anto. in. c. quoties. ff. de teste. vbi non valet dictum testium per verbū credo. Item statuta ciuitatis iudex seruare iurat. Queritur an iudicans cōtra statutuꝫ continens id quod ius commune sit periurus? ⁊ recidit in hoc an statutū continens id quod ius cōmune: sit ius commune municipale. Bald. in. l. ij. ff. de constitutio. principum dicit esse casum singularem. in. l. magistratus. ff. ad municipia. et dicit Ludoui. de Roma. hoc nescio extendere. Item statutum prohibet aliquando ne doctores salariati vadant ad allegandum seu aduocandum: et si faciunt debent deponi a matricula aduocatorum: ⁊ priuantur salario illius anni: scđm Bald. singulariter in. l. placet. in fi. C. d epis. ⁊ cleri. imo dantes licentiam doctoribus stipendia rījs reipub. aut armigeris (cum non possint: qꝛ eorū officiū ad hoc non extenditur) vt vadant ad balnea naturalia vel alia loca similia: salariū illi⁹ temporis quo licentiaꝫ dederūt. ipsi officiales de proprio soluere tenent. casus si singularis in. l. per hāc. C. de eroga. milita. an. lib. xij. ꝓm Lud. de roma. Item nota qđ in statutis communiter locum habet argumentū a ꝯtrario sensu hoc tamē est limitandū nisi argumentū illud sumat ꝙ statuentes in penam inciderent. tunc enim non valet: vt est glo. in cle. j. super verbo facere. et capitu. exquisitus. de vsuris.

¶Stellio dicitur qui animo inconstās: ⁊ varius est verbo vel facto: vel qui reꝫ aliquaꝫ obligauit alicui: ⁊ deinde impignorat aliȷ̄ nō facta mentione de primo et ḡnaliter qđ in his criminalibus causis dicit dolus: in ciuilibus dicit stellionatus. Stellio enim proprie est animal varijs maculis plenū: ⁊ venenatum: simile lacerte: ⁊ est corpore pictum lucētibus guttis. vide hoc supra crimen stellionatus.

¶Stichus est nomen proprium.

¶Stillicidiū quid sit: vide insti. de seru. §. item prediorum.

¶Stilus aliqn̄ opponit. i. dispositio. C. de sa. san. eccle. l. j. Itē quō differt abvsu vel cōsuetudine: vide. ff. de legi. l. de quibus. ⁊ Ioan. and. in not. in capitu. fi. de consuetudine.

¶Stigma est signū vel instrumētū quo brachia fabricēsiū figurabant: cui erat ipressuꝫ nomē impatoris. facies ꝓo corꝑ

non figurabantur.vt.l.si quis.C. de pe. fm Jo.an.in.c.si iudex laicus.de sent. exco.lib.vj.in glo.verbi agnoscitur.

¶Stipes est persona a qua alij originē ducunt.

¶Stipulatio est firma verboꝝ cōceptio qua quis aliqd se facturum daturum ve promittit alteri super hoc ipsuʒ interroganti.⁊ dicitur a stipulō grece.qđ est firmuʒ latine. denominatur etiam a stipite. Constat autem stipulatio ex interrogatione premissa:⁊ respōsione subsequēti.que admodum cōtradictio ex affirmatione ⁊ negatione:hoc modo promittis vel dabis mihi decem.promitto vel dabo tibi Quandoqꝫ dicitur stipulatus ille qui promittit per stipulationem pas sine.Uel sic.Stipulatio est solēnis ꝓmissio facta interrogatione precedēte:⁊ responsione sequente.

¶Stipulationū alia est pura:alia cōditionalis:⁊ alia in diem.

¶Stipulatio pura est que nec fit sub cōditione nec in diem:sed pure.vt dicēdo: dabis hoc?dabo.

¶Stipulatio ꝯditionalis hʒ fieri sub cōditione hoc modo promittis mihi dare centum si nauis ex Asia venerit? et respondes promitto.

¶Stipulatio in diem fit hoc modo: dabis mihi decē in calēdis Julij?⁊ respondes:dabo.

¶Stipulatio aquiliana est q̄ nouat oēʒ ꝯtractū:vt sic:quidqd mihi debes ex qua cūqꝫ cā:idem mihi ꝓmittis?si cū ex mutui datione mihi debitor sis:velimqꝫ acceptū ferre.i.per acceptilationē remittere:nō poterit res expediri:nisi per obligationem que in rem cōtrahitur.Require.S.Aquiliana actio.

¶Stipulatio ꝓtoria ideo dr̄ q2 a mero pretoris officio proficiscit̄.insti. de diui. stipu.§.pretorie.⁊ harū stipulationū pretoriarū vidētur esse tres species:scilicet iudiciales:cautionales ⁊ cōmunes. Judiciales eas dicim⁹ que ꝓpter iudicium interponuntur:vt ratū fiat. iudicatū solui.⁊ ex operis noui nūtiatiōe.Cautionales sunt q̄ instar actionis habēt:⁊ vt fiat nouatio:intercedūt:vt delegato stipulatio ⁊ de tutela ⁊ ratā rē haberi ⁊ dāni infecti.Communes sunt stipulationes q̄ fiunt iudicio sistēdi causa.Et omnes stipulationes natura sui sunt cautionales hoc enim additur in stipulationibus vt quis cautior sit ⁊ securior interposita stipulatione.

¶Stipatus.i.vallatus:fulcitus fm Jo. and.in cle.pastoralis.versi.notoriuʒ de re iudi.

¶Stipulū veteres firmum appellabāt: forte a stipite descēdens fm Justinia.in .§.i.de verb.obli.insti.

¶Stinarij dicuntur amatores:idem dicuntur carnearij.

¶Stratum dr̄ gñaliter oē genus vestis vel omne indumētū.vt.ff.de verb.sig .l. stratū.al's instratū.sed magis ꝓprie vestes cubiculares dicimus stratū a sternēdo.Etiam via publica strata dicitur.

¶Stratores etiā a sternendo dicūtur: q2 custodiētes in carcere reos ꝯdēnatos puniebāt:vel stratores dicunt̄ esse isti q̄ stabulis vel equis ꝓstātibus l eis ꝓsunt. Et dicūtur a stratorio.i.stabulo secūdū Accur.C.de strato.lib.xij.in rubrica.

¶Studiū(vt dicit Azo)est vehemens ⁊ assidua ad aliquā reʒ agēdā cū summa volūtate occupatio:ex qua volūtate la boris opus deferẗ:⁊ perdit laboris tedium versus in oblectamentum.

¶Strena est donū factū in calendis Januarijs.C.de aduo.diuer.iud. l .laudabile.⁊.xxij.distin.legatū episcopi.

¶Strepit⁹.i.clamor vel tumult⁹.extra de electione.c.quorūdā.in princ.li.vj.ꝑ Archi.⁊ dr̄ qñqꝫ vocatio.l.ū.C.de epis.⁊ cleri.⁊ de causis commissis sine strepitu et figura iudicij.clemē.sepe ⁊ ibi plene per Joan.and.de verbo.signi.

¶Strepitus iudicialis.extra de fer.c. vlti.et vide.C.de fal.l.vbi.

¶Stricti iuris quot modis dicatur vide.C.de iudi.l.placuit.⁊ per Archidia. de appellatio.c.fi.lib.vj.

¶Studiū liberale ⁊ latinū olim tātum erat Rome ⁊ Cōstatinopoli:in alijs aūt locis nō nisi ex priuilegijs:vt.C.de stu. li.l.rubro ⁊ nigro.li.xi.⁊ in ꝓemio ff.oꝝ. §.hec aūt tria.hodie Iperio scisso studiū i multis locis fit.⁊maxime bononie q̄ legalis studij obtinet monarchiā.Sʒ

vtrũ in festis ⁊ diebus dominicis liceat studere. Joã. and. dicit q̃ sic: dũ studiũ fiat sine solẽnitate: non ppter lucrũ: cũ nõ sit opus seruile: sed cũ solẽnitate. puta i publicis scholis nõ lz. Anto. de bu. dicit q̃ cã ↄsiliũ dãdi: vbi necessitas suadet: scz qz causa est ̃pe peritura: vel de loco lõginquo: tũc licet studere etiã ad lucrum: alr̃ nõ: nec in sciẽtijs positiuis que ad lucrũ vel honores tendũt: sz in theologia ⁊ speculatiuis sic. ⁊ addit Panor. etiam in iure canonico. cũ sit theologia practica: qz talis laborat in vinea domini: ⁊ efficitur per hoc speculatiuus et abstrahitur a vitijs: nõ aũt cultus diuinus vel officiũ per hoc ꝑtermittitur. Sanius eñ est maiorib⁹ studere ⁊ mentes occupare: q̃ otiũ insequi: vel in larnis vagari. imo melius esset domi manere q̃ festa ecclesiarũ ppter dominas visitare: vt no. c. j. de ferijs. ⁊. c. odi. ⁊ ꝑ teci festiuitates vr̃as. xxiij. q. j. vbi etiã vidua que in corbanam duo minuta po suerat: a saluatore omnibus prefertur: quia dominus non ea que offeruntur sz voluntatem offerentium respicit. Studeat ergo diligens scholaris diebus feriatis ⁊ alijs: quia non sufficit diu fuisse in studijs: sz bene ⁊ laudabiliter vixisse cõmendandũ est. xij. q. ij. gloria episcopi. in fi. Nec aliqs repẽte fit summus de pe. di. ij. §. hec que de charitate. ⁊ gl. in c. cũ ex literis. de in inte. resti. Et nõ põt quis modico tempore multũ addiscere lxvij. dist. §. j. Quis ingeniũ in bene studẽtibus interdũ suppleat tẽpus. lxxvij. dist. monachus. vbi dicitur. Morũ hoc doceatur habere pbitas: quod plixior consuetudo non contulit. Aduertat etiã dictũ iurisconsul. ff. de fideicõ. l. ber. in l. apud iulianum. vbi dicit. Si vnum pedem tenerem in sepulchro: adhuc addere discere vellem.

¶ Studiũ literarum an possit esse in villa vel castello. Panor. in. c. tue. de cleri. non resi.

¶ Stuprum est illicita virginis defloratio: Quis in vidua cõmitti dicat: nisi sit meretrix vel illicita ↄcubina ꝑm. ll. ff. de cõcubi. l. in ↄcubinatu. in fi. Itẽ cõmittit in pueris. ff. ad. l. iul. de adult. l. stuprũ.

¶ De Sante V.

¶ Suarij. Require. s. porcarij.

¶ Suasio accipit in bona pte vel in mala. ff. de seruo corrupto. l. j. §. persuadere. ⁊. C. de fur. ⁊ ser. cor. l. si quis.

¶ Sub aliquando ↄponit. i. post. de interdic. ⁊ releg. l. j. aliqñ. i. corã. C. de iureiurã. l. generaliter. §. fi. Item sub qualiter ponatur. not. in. l. mathematicos. C. de episco. audi.

¶ Subarratio fit p annulum datũ sponse sine alijs verbis fit etiã alijs modis: vt no. in. c. si quis vxorẽ. xxvj. q. ij. ⁊ in. c. fi. de despon. impube.

¶ Sabhastata. i. preconizata. l. ordo. C. de execu. rei iudi. ⁊ de subhastatione habes l auf. hoc ius porrectũ. C. de sa. san. eccle. ⁊ qualiter fiat. vide Spe. in tit. de emp. ⁊ vẽdi. §. iij. versi. hoc quoq̃. et p Bar. in. l. licitatio. ff. de publi. ⁊ in. l. si tẽpora. C. de fide instru.

¶ Subditus proprie dicitur ratione domicilij. gl. est in cle. vnica. in verbo subditos. de fo. cõpe. ⁊ vide Panor. in. c. iij. de appella. ⁊ in glo. in. c. nupt. de sen. ex com. ⁊ gl. e st in. c. statutum. §. cũ vero. de rescrip. lib. vj.

¶ Subdiaconi dicuntur qui subiacent officijs ⁊ preceptis leuitarum c. cleros. xxj. dist. et eorum officium est calicem ⁊ patenam ad altare deferre ⁊ leuitis tradere. c. perlectis. xxv. distinct. nec debet aliquis ordinari in subdiaconum nisi p missa castitate. xxxviij. distin. §. ecce. ⁊. c. ij. seq. et tempore apostolorum subdiaconatus non erat ordo sacer. c. null⁹. lx. distin. hodie secus. c. a multis. extra de eta. ⁊ quali.

¶ Subiectiuũ est de natura subiũctiui. Feli. pulchre in. c. ad hec. de rescriptis. et. c. j. post princi. de testi. cogen.

¶ Substãtiuũ reuertitur ad adiectiuũ: vt ratio ⁊ vindicta. i. rationabilis vindicta. ff. de offic. procon. l. obseruare. §. ꝓficisci. et aqua pluuia. i. pluuialis. ff. de aqua plu. arcẽ. l. j. in princi. Itẽ substantiua duo copulata quãdoq̃ resoluũtur in adiectiuum ⁊ alterũ ex ipsis duobus substãtiuis: vt vis ac potestas. i. violenta potestas. ff. de tute. l. j.

¶ Subgranda est vna pars tecti vnius-

niusqꝫ domus que incũbit extremis capitibus tignorũ tectualiũ:vt.ff. de his qui deiec.vel effudc.l. si vero.§. pretor ait. Et alias dicitur subgrauida vel subgrandia.

¶ Subrogare est aliquē in locum alterius substituere vel constituere: vt officiales vel iudices alios subrogāt. Et potest scribi r pro b commutando: vt surrogare.

¶ Subornatio est informatio facta per aliquem de veritate tacenda: ꝛ falsitate dicenda: ſm Guil.de mon. lau.in cle. testibus.de testibus.

¶ Subsignare est subscribere: vt testes in chirographo solēt signare: ꝛ quasdā notulas subscribere. Et qñ subscribens se consentire dicat: ꝛ qñ nō: est bona gl. in.c.presbyterorum.in verbo subscripsit.de re.eccle.non alie.

¶ Substitutio est scd'a cōditionalis institutio: qꝛ institutio dicit̃ primus gradus: ꝛ substitutio scd's. Et lꝫ substitutiones in infinitum de vno in aliũ possint procedere: tñ omnis institutio post primam dicitur substitutio: ꝛ secũdus gradus: sicut secũde nuptie dicunt̃ oēs q̄ sequuntur primas. Et diuidit̃: qꝛ substitutionum alia est directa: alia obliqua. et nota differentiā inter verbũ directum: obliquum ꝛ cōmune. Uñ directũ est q̄ significat: vt ille cui relinquit̃: vel ī quē disponitur sua manu recipiat: vt est verbum instituo: vt patet.ff.de here.instit. Item illud: heres esto: vt ibidē. Iteꝫ accrescat: similiter verbũ capiat: vel accipiat. sed verbũ obliquũ est ꝙ significat vt ille in quem disponit̃ vel cui relinq̄tur: de manu alterius accipiat: vt est verbum restituo. facit.l. restituta.ff.ad trebel.ꝛ per totum titu. Item volo ꝛ qñ per fideicōmissum pars hereditatis est restituenda.l.pater filiũ.§.fi.ff.de lega. iij. Item verbũ rogo ꝛc. sed verbũ commune est ꝙ vtrāqꝫ significationem hꝫ: siue de manu sua siue de alterius quis recipiat: vt est verbũ substituo: sicut in l.centurio.ff.de vulg.subst. habet enim qñqꝫ directam significationē: quādoqꝫ obliquam.

¶ Substitutio directa dicit̃ cum nullo mediante quis capit hereditatem defũcti: ꝛ directe efficitur heres ipsi testatori qui instituit eum. institu.de vulga. substitu.§.quo casu. Et hec subdiuitur: quia alia est vulgaris: alia pupillaris: alia exēplaris: alia breuiloqua siue reciproca: alia compendiosa.

¶ Substitutio vulgaris dicitur: qꝛ vulgo ꝛ a quolibet fieri potest: dum tamē hic testamentum facere: ꝛ ille ex testamento capere possit. Et hec diuiditur: quia quedam est vulgaris expressa. Et quedā tacita. substitutio vulgaris expressa est que fit verbis negatiuis exp̄ssis: hoc modo. Titius heres esto: ꝛ si ipse heres nō sit vel erit: seius heres esto. l.sit. sic enim instituo mihi titium heredem: vt si ipse noluerit non potuerit esse heres: sit heres seius. substitutio vulgaris tacita fit per verba affirmatiua. veluti cum non miles puberem ꝛ impuberem heredes instituit: ꝛ cōmuni verbo eos instituit: hoc modo: sei impubes ꝛ meui pubes: heredes estote: vel sunto: quos vnanimiter inuicem substituo vel sic: ꝛ in idem redibit: puhereꝫ seium: et impuberem meuium heredes facio: et eos inuicem substituo. ex qua substitutione colligo ꝙ si vnus nō fuerit heres vel si vnus moriat̃: alius insolidũ sit. et dicitur vulgaris: qꝛ fit a quolꝫ de vulgo siue in potestate siue nō. Et dicit̃ tacitā qꝛ puberem tacite vulgariter impuberi substituit que substitutio magis esset pupillaris: nisi ꝓpter adiunctaꝫ personam. sed in milite talis substitutio pupillaris est: ꝓpter priuilegium militis. Que substitutio q̄tũ ad puberē vulgaris est: q̄tum ad impubereꝫ pupillaris: qm̄ si pubes hereditatem adeat ꝓ parte sua: nō euanescit substitutio prius facta: sed si impubes hereditatem adeat priusqꝫ expleuerit pubertatē: euanescit vñ sub expressa pupillari continet̃ tacita vulgaris.ff.co.ti.l.nam hoc iure.

¶ Substitutio pupillaris est q̄ soli pupillo ꝛ impuberi ī fit. ꝛ est etiam duplex. alia exp̄ssa: alia tacita. substitutio pupillaris expressa fit hoc modo: iste filius meus impubes heres esto ꝛ si heres nō erit: aut si heres erit ꝛ infra pupillarē

etatem decesserit: ille heres esto: vel sic instituo mihi in heredē. T. filium meū pupillū: ⁊ si nō erit heres: aut si erit heres: ⁊ infra annos pubertatis: vel in pupillari etate decesserit: substituo ei seiū hec dicitur expressa substitutio: quia in ea omnia verba exprimūtur que exprimi oportet.

¶ Substitutio pupillaris tacita est hec filius meus impubes heres esto: ⁊ si ille nō erit: ille heres esto: vel sic: quisquis mihi heres erit: sit heres filio meo. hec dicitur tacita: q̄ verba quedā nō expssa hic tacite subintelligunt: q̄ exprimūtur in expressa substitutione pupillari. Nā per hanc tacite intelligit q̄ si filius decesserit in pup. etate: ille qui erit heres patri: erit heres filio. Et debent ille pupillares substitutiōes solis pupillis in potestate parentū existentib⁹. ⁊ ab ipsis parentibus fiunt. per q̄ euidēter patet q̄ nō a matre: sed a solo patre fiunt: cum mater filios nō habeat in potestate. Sed nunq̄ substitutus ex pupillari expressa repellit a matre pupilli: ⁊ substitutus ex tacita repellitur a matre pupilli: ⁊ succedit ipsi pupillo mater. Itē qui est substitutus ex pupillari substitutiōe: fit heres ipsi pupillo: ille vero qui est substitutus ex vulgari: fit heres ipsius testatoris. Itē pupillaris tacita intelligit esse vulgaris expressa: qua mater substituit pupillo: ⁊ hoc ppter priuilegium matris. Itē eodem modo quando q̄s pupillo vel alij substituit propter adiunctam personam.

¶ Substitutio compendiosa est que fit sub verborum cōpēdio: que verba in pupillari expressa sunt plixiora: et ex hoc dicitur cōpendiosa. ⁊ h3 fieri hoc modo. Instituo titiū filium meū mihi in heredem: ⁊ q̄n decesserit sine filijs: substituo ei seiu3: vel sic. Iste filius impubes heres esto: ⁊ quocūq; tēpore decesserit ille heres esto. q̄ substitutio tm̄ locū habet in milite. de hoc in. l. precibus. C. de impu. ⁊ ali. substi.

¶ Substitutio breuiloqua siue reciproca est q̄ cōtinet duas vulgares: ⁊ duas pupillares substitutiōes: vt duo impuberes instituti a parēte q̄ habet eos in potestate inuicem substituūtur hoc modo. S. ⁊. T. filios meos impuberes mihi instituo heredes: ⁊ eos inuicem substituo. Unde q̄ continet expressam pupillarem: si aliquis predictorum decesserit in impuberi etate: mater impuberis decedentis omnino repellitur ⁊ succedit substitut⁹. ⁊ hanc substitutionē lex appellat reciprocam: ⁊ omnes quatuor expresse sunt.

¶ Substitutio exemplaris: vel exēplaria est q̄ fit a parentibus vtriusq; sexus filio furioso vl' mente capto. Et dicitur exemplaris: q̄ fit ad exemplum pupillaris substitutionis: q̄ sicut pater prouidet filio pupillo qui testare nō potest de herede: ita ꝓuidet filio mente capto vel furioso: ⁊ hoc modo. T. filiū furiosum vel mente captu3 mihi heredē instituo: ⁊ si decesserit furiosus vel mente captus anteq̄ ad sana3 mentē perueneru: substituo ei talē filiū suū vel fratre3 vel aliquem alienū si deficiat filius: vel frater.

¶ Substitutio obliqua siue nō directa: ⁊ fideicōmissaria est illa q̄ fit per fideicōmissum: vt hic: quicūq; vestrū sine liberis decesserit: rogo vt eius portio ad superstitē perueniat. ⁊ q̄n quis instituit heredem ⁊ eius fideicōmittit vt q̄ cito possit eius hereditatē adeat ⁊ eā alteri certe persone cui ⁊ q̄n testator voluerit restituat: vt3 tali die: vel sub tali conditione si decesserit sine filijs/ vt si forte in ea conditione fuerit q̄ testator magis diligat eū ⁊ ex testamento eius directo nihil capere possit: puta q̄ directe ⁊ immediate capax non est (qualis est spurius(saltē hoc modo aliqd captat ⁊ consequat ex hereditate: vel totā ipsa3 hereditatem: vt. C. ad treb. per totū quasi ⁊. ff. eo. ti. in multis. ll. ⁊ in. c. Raynuti⁹. ⁊. c. Raynaldus. de testamē. Et no. q̄ in substitutionibus fideicōmissarijs locu3 habet quartarū deductio in directis autem non. c. si pater. de testa. li. vj. vbi est casus. ⁊ ibi vide glo. De his substitutionibus eū glo. in. c. Raynutius. preal. et institu. de vulga. ⁊ pupilla. substitu. per totum.

¶ Substitut⁹ heres reqre. s. heres sub-

stitutus. Et nota q in omnib9 substitutionibus primo precedere debet institutio sicut primus gradus et postea poni debet substitutio vt secundus. hinc est q dicitur institutus primus heres et substitutus secundus. l. cum proponas. C. de here. insti.

¶ Subhastari est rem venalem proponi hasta supposita: quod frequens est circa predia q nuntiant vel censent fiscovacare: et sic per subhastationem plus offerenti debetur.

¶ Subsidiaria actio. Require. s. Actio subsidiaria.

¶ Subpunctare literam est eam damnare punctis suppositis. vt qn litera superflua inferius punctatur: vt habetur. s. in litera C. de verbo cancellare.

¶ Subtilitas etiam de iure canonico commendatur in doctore. et intellige de subtilitate veritatis inuestigatiua: non autem de illa q inducit a perniciem: iuxta illud Terentij. Summum ius summa malitia &c. Panor. in. c. capellan9. in penul. col. versic. et vltima. de ferijs.

¶ Successio naturalis est ex parte matris: legitima est ex parte patris. ita no. sing. gl. in. l. j. C. vnde vir et vxor.

¶ Sucula machina est tractatorij generis artemoni similis. de sucula meminit Ulpia. in. l. sed addes. §. illud nobis. ff. loca. et Cato de re rustica in instrumento torcularis tradit esse debere suculas quinq: funes ductarios quinq: trochleas decem.

¶ Successio quandoq fit de capite in caput et quandoq de gradu in gradum secundum Azo. in sum. de successio. edi. C. et. ff. eo. ti. l. j.

¶ Successio de capite in caput est cum deficiente primo capite liberorum oritur secundum caput agnatorum: et isto deficiente succedit tertium caput cognatorum: et cognatis deficientibus succeditur quarto per ordinem vnde vir et mulier vel vxor vt. C. in titulo. vnde vir et vxor. in autenti. preterea.

¶ Successio de gradu in gradum est quando plures persone sunt in eodem capite in diuersis gradibus: vna prior altera posterior. nam priore repulsa spe vel repudiatione sequens succedit: vt. ff. de success. edic. l. j. et. C. eo. titu. per Azo. in sum. Et ad pleniorem. s. doctrinam successionum ab intestato: sic est distinguendum: aut dubitatur qualiter descendentes succedat ascendentibus: aut qualiter ascendentes descendentibus: aut qualiter collaterales collateralibus. Primo casu aut supersunt legitimi et naturales: aut legitimi tantum aut adoptiui: aut naturales tantum aut nati ex illicito coitu vt spurij &c. Si legitimi et naturales: aut supersunt tantum filij primi grad9: aut vlteriores. Primo casu: aut oes emancipati: aut oes in ptate sunt: et tunc iure veteri et nouo succedunt equaliter sublata differentia sexus. vt. l. xij. ta. et inst. de here. q ab intest. defe. §. emancipati. C. de suis et legi. here. l. vlti. et autenti. in successione. ibidem Aut supersunt quidam emancipati. et quidam in potestate et tunc iure veteri. ffor. vocabantur emancipati. de iure pretorio existentes in potestate: et de iure ciuili omnes equaliter: licet diuersis iuribus vocarentur. C. de leg. here. l. meminimus. ibi: cum igitur pretorem filium emancipatum &c. ff. de bo. possess. l. sed cum patrono. §. bonorum. in iure vero autenticorum vocabantur etiam emancipati: cum suis equaliter: vt in autenti. de here. que ab intesta. defe. §. reliquum. ibi in illa &c. Si vero supersunt vlteriores: aut erant concepti viuente eo de cui9 hereditate agitur: aut eo mortuo. Si eo viuente: aut nascuntur eo superstite per quem coniunguntur: et contestat eos excludi si velit ille adire hereditatem: quia precedit eos in gradu. Sed si nolit vel non possit. quia moritur antequam adeat: vocantur vlteriores per eum coniuncti: et soli et eodem gradu vocantur equaliter: sed cum patruis vocantur in stirpes iure veteri et nouo. Idem si nascuntur mortuo patre: q: paria sunt eum esse mortuum et repudiare: et eum mori antequam repudiet Si vero erant concepti mortuo eo de cui9 hereditate agitur: nec pretorio nec ciuili iure vocantur: nec excludunt sequentes: vt hec omnia euidenter probantur C. de suis et legiti. here. l. nepotes: et in autentica. in successione. ibidem preal:

